Secundo quero: an si masculus velit feminam a statuto exclusa3 secū ad successionē admittere: ⁊ illā nō excludere hoc facere possit: an vero standū erit pcise dispositioni statutarie. Bal. in. l. maximū vitiū in. iiij. col. versi. sed pone q frater. C. de libe. preteri. Dicit q si tunc creditores hereditarij velint masculum insolidum conuenire: ⁊ ille velit renunciare beneficio statuti: ⁊ secum feminam admittere audietur q: res de facili reddit ad naturam suam. l. si vnus. §. quod in specie. ff. de pac. Et q: iuri municipali in suum fauorem inducto quis pōt renunciare. l. si quis in conscribendo. C. de pac. ⁊ est argumētum in. §. s3 his pmittit pretor: insti. de here. quali. ⁊ diffe. Et hanc partem tenet Pau. de cast. in. l. titio centum. §. titio genero. ff. de condi. ⁊ demon. in fi. cōmen. ⁊ Alex. in. l. patrem. ff. de his que in frau. cre. in apostil. Et modernus bononien. in tracta. dotium in vlti. arti. prin. in xxviij. q. allegando Bal. in quoddam consil. incipi. Mafrenia cum concor. allegandis. j. in. xij. arti. prin. vij. q. Pro quo facit quod dixit Rota. in deci. xij. sub rubrica de consue. in antiquis. q si sit cōsuetudo vt acquisita per coniuges equaliter diuidantur alter eorum poterit consuetudini renunciare: sed ibi aderat consensus veriusq: ⁊ dubium faciebat. q: videbatur ex tali renunciatione insurgere tacita donatio que non valet inter virum ⁊ vxorem. Nec predictis obstat si dicatur q sicut quis non potest diuidere iudicium testatoris: ita nec legis: argu. l. penul. ff. de acquir. here. Quia responsio patet ex predictis cum possit quis renunciare fauori suo: nec renunciando dicitur diuidi iudicium legis seu statuti si bene consideremus: cum masculus renuncians admittatur de iure cōmuni ⁊ non beneficio statuti. Et ex predicta conclusione infert Pau. de ca. in. d. §. ticio genero: q si statutū excludens feminam mandet illam dotari: ⁊ masculus velit eam admittere ad successionē potius q dotare: ex eo forsan: q: hereditas sit modica: ⁊ illa mallit dotari q succedere. Audiendus sit masculus propterea q statutum est factum fauore masculi cui potest renunciare: maxime quādo plus affert incōmodi q cōmodi. cōtra quā illationem tenet Alberi. de rosa. in secunda parte statu. in. cij. q. incip. Item quero cōmuniter est statutum: cum quo transit Modernus bonon. in loco. s. allegato. arg. l. fideicōmissa. §. cum esset. ff. de lega. iij. Ubi de hoc etiam tradit Alberi. ⁊ per tex. in. l. petende cum ibi notatis. C. de temp. in integ. resti. per. Sed hoc non obstante puto transeundum cum opinione Pau. de ca. per fundamenta per eum allegata. Nec ob. tex. in. d. l. petende. Dum ibi queritur: an reus possit renunciare dilationi sibi date intra quā est etiam actori permissu3 probationes facere: ad finem vt excludat actorem a probando: q: respondetur q decisio illius qōnis facit pro opi. Pau. de ca. Ibi enim magis cōiter concluditur q non possit: ea ratione q: beneficium illius dilationis actor consequitur beneficio legis sic disponentis pretextu equalitatis seruande ⁊ nō priuilegio rei: licet eius occasione consequatur: quo casu generaliter quis non pōt renunciare beneficio in dannum talis persone: l3 secus foret vbi cōcederetur beneficiū priuilegio ⁊ contēplatione renunciantis: ⁊ non tantū eius occasione. ⁊ ita volunt Bal. Pau. de ca. Alex. ⁊ magis cōiter Doct. in d. l. petende. Bar. ⁊ Bal. in. l. si arroga. vlti. col. Et ibi etiā dñs preceptor meus. ff. de adopt. Bal. ⁊ Ange. in. l. fi. ff. de ferijs. Bal. in. l. postq̄ liti in vltima col. C. de pac. ⁊ Ange. in. l. fi. ff. de cōsti. pecu. Sed in proposito femina excludit non tantū occasione masculi: sed etiā fauore ⁊ contemplatione ipsius: ergo masculus in preiudicium femine d3 posse statuto renunciare. facit. l. si post mortē in fi. ff. de bo. pos. cōtra tab. ⁊ l. amicissimos. ff. de excu. tu. ⁊. l. j. in fi. cum seq. ff. de ope. nomun. Preterea fm Bal. in. d. l. postq̄ liti: ⁊ in. l. qđ fauore. ff. de legi. ⁊ Jaco. de are. in d. l. si post mortem: qui refert ibi Bart. ⁊ in. d. l. petende: q: tale beneficium alicui competit de iure speciali pōt ei indistincte renunciari etiā in alterius preiudicium: vt patet in. l. si iudex circōuento. ff. de minori. Propterea q: facilius tollit ius speciale q cōe. l. eius militis. §. militia missus. ff. de mili. testa. Et nemini est dubium quin masculus excludat feminā dotatā seu dotandā de iure speciali ⁊ municipali. Ad. §. cū esset responderem q ibi grauatus fideicōmisso: l3 posset partem retinere nō erat grauatus beneficio suo. Ideo inuitus cogi poterat adire fm naturam fideicōmissi: ⁊ l3 econtra partem retinere posset: non comminus dicitur beneficio fideicōmissarij grauatus: sed in casu nostro masculus propter se feminā excludit: nec tollit hunc respectu3 dos que est femine prestanda: vt de se patet. (An autem si minor nollit feminā excludere detur ei restitutio in integrū. Bal. q non in. l. nō pro numero. C. ad orphi. in lec. antiqua. Cuius opinio est cōis vt per Sozi. cōsi. ccvij. incip. in causa. iij. col. in fi. primo volu.)

Tertio quero: an filia per statutū a paterna successione exclusa iura suitatis retineat: ista est necessaria qstio. Et pulchra que cōfert ad decisionē plurium qōnum: in qua Bar. in. l. j. §. sciendū. ff. de suis ⁊ legi. dicit q non: mouetur q: sicut filius exheredatus nō est suus per illū tex. ita nec ista filia priuata a successione per statutū. Idē vult Bal. in. l. maximū vitium in fi. cōmen. C. de libe. prete. Dicens q cū in ea non continuetur dñiu3: nō possit iure suitatis dicere testamentū patris nullum si est preterita p. l. in suis a cōtrario sensu. ff. de libe. ⁊ posthu. De quo. j. dicam hoc co. arti. ⁊ est de mente eiusdē in consi. ccccxxvj. incip. antiquū statutu3 in. volu. fm vltimā impressionem. Idem etiā vult Roma. in l. apud iulianū. §. idem iulianus. ff. ad trebel. ⁊ in. l. ventre. ff. de acqui. here. ⁊ Alex. in cōsi. cxxxj. incip. trāsmissum est ad me. j. volu. Et do. preceptor meus do. Jason in. l. si emancipati in. xj. col. cū seq. C. de colla. Idē voluit Bar. in. l. j. §. si pater in. ij. col. versi. ex hoc cōcludo. ff. de cōiun. cū eman. li. Dicens q tanq̄ sua ad successionem venire non potest propterea q: masculus ei prefert. d. §. si pater. ⁊. l. si quis exheredato in prin. ff. de iniust. rup. Et sic sentit Bar. q non intelligatur exclusa: sed q masculus ei preferat quasi scđo loco femina vocetur. Pro qua cōclusione facit qđ diximus de statuto pmittente renūciari hereditati paterne: vt operetur q filius nō sit suus saltem renunciatione secuta: vt per Bar. ⁊ Pau. de ca. in. l. qui se patris: ⁊ ibidē Alex. xj. colū. C. vnde libe. ⁊ Pau. de cast. in. l. si fratris. C. de iure delibe. ⁊ in. l. ventre. Ubi etiā Fran. de are. in. xxij. col. ff. de acquir. here. Nam si voluntarius repudiatione secuta desinit esse suus: multo magis filia que est ipso iure a successiōe exclusa. Sed istud de renunciante nō tenetur ab oībus. Nam Cy. Bal. ⁊ Saly. i. l. quidā culogio. C. de iure delib. quos sequit Alex. cū limitatione in. l. si filius qui patri in. xxiij. col. in fi. cu3 seq. ff. de vulg. ⁊ pupil. Tenent q per renunciationē non tollat suitas: sed nō loquunt q: adesset statuti pmittēs repudiari. Pro predicta cōclusione fortius facit: q: fm Pau. de ca. in volu. antiquor consiliorum fm primam impressione3 in consi. cccxxviij. incip. presens casus alī. cccxlvj. Statutum predictum videtur facere filium inhabilem ad succedendū: quod non credo verum: vt patet ex his que dixi in precedenti. q. ⁊ infra dicendis. Et dicebat Ang. in. §. optime vero in aut. de nuptijs. q talis filia reducitur ad instar filij ingrati qui

non pōt impugnare testamentū paternum aut. non licet: ⁊ aut. ex causa. C. de libe. prete. De quo dicā hoc co. arti. Et si dicas non licere arguere de exheredatione ad hanc exclusionem: cum exheredatio proueniat a culpa ⁊ ob delictum exheredati: ⁊ exclusio statutaria femine ob fauorem. vt dixit Bal. in. l. maximū vitium in. i. col. C. de libe. prete. Et alias dixi: respondeti pōt ꝙ ad effectum suitatis licitum est. arg. cum in ea simpliciter consideretur exclusio vel admissio ad successionem. (Et ita etiā tenet Soci. consi. clxi. incipi. pulchra. iii. col. in fi. primo volu. versi. sed clarius fine habeatur talis filia pro mortua. siue pro exheredata: siue equiparetur emancipate: vt ibi per eum. Et fm Pau. de ca. in. l. si. ff. de acqui. here. Ubi allegat consiliū Bal. tales filie habentur pro mortuis. Sequitur Soci. consi. cclxvi. incipi. in presenti ii. col. i. vol. ⁊. xxx. iiii. col. versi. quinto principaliter. ⁊. xxxvi. col. penul. versi. quarto probatur.) Et licz predicta conclusio ꝙ filia a statuto exclusa non sit sua patri sit cōmunis: tamen de illa dubitat dñs Philip. cor. in. l. si fratris in. iiii. col. in sexta fallen. C. de iure delib. Mouetur qz si filia instituatur succedit vt sua: vt. i. dicam. Item qz filio repudiante vel nolente ab intestato succedere filia succedit vt sua fm Roma. in. d. §. idem iulianus penul. charta per nō. per Bar. in. l. ii. §. sed si sunt sui. ff. ad tertul. ⁊ in. l. i. §. si. ff. de contratab. faciunt que dixi in prece. q. ⁊ que dicam. i. in. iii. articu. prin. in. q. vii. Et in hac opinione videtur fuisse dñs promotor meus dñs Carolus ronerinus doctor subtilis i repe. sua. §. ⁊ quid si tantum in. l. gallus in. iiii. col. ff. de libe. ⁊ posthu. Dicens ꝙ talis filia etiam si preteretur nihilominus tempore testamenti est sua: qz eius exclusio differtur in tempus successionis: ⁊ qz qualitas adiecta verbo regulatur fm tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de nota. l. titius. ff. de testa. mili. cum cōcor. sepe allegatis. Item qz tunc excluditur excludendus: qz includitur includendus: vt nō. Bar. in. l. ii. §. videndum. ff. ad tertul. Et propterea ipse dominus Carolus dixit sensum talis statuti esse: vt det licentiā patri: vt possit filiam preterire ꝙ sua sit sua tempore testamenti. (Maria. ani. in consil. lxxviii. incipi. visa col. fi. dicit ꝙ talis filia a statuto exclusa censetur extranea: ⁊ allegat plures in contrarium.) Sed his non obstantibus nō est recedendum ab opinione cōi: qz quem alter precedit in successione actu vel potentia cum in eo cesset cōtinuatio dominii non potest dici suus ⁊ necessarius. l. in suis. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊. §. sui. Insti. de here. quali. ⁊ dif. ⁊. d. §. sciendū: ⁊ qd vult Alex. in d. l. si filius qui patri in. vii. col. versi. extra gl. Ideo dixi potentia vt euacuetur obiectum. Bal. in. l. apud hostes in. ii. col. versi. sed circa predicta. C. de suis ⁊ legi. qz ista cōtinuatio pōt tolli in totum per testatorē exheredando filium: vt in. d. l. in suis. Item pro parte si testator filium pro parte instituat: vt dixit Bal. ibi. Et hoc procedit ex legis permissione: ⁊ facto testatoris simul iunctis propter que non tollitur potentia. Predictam cōem cōclusionem limitat Roma. in d. §. idem iulianus: quē sequitur do. Philip. corne. in. d. l. si fratris in. vi. fallen. vt procedat qn statutum esset factū a populo seu principe non recognoscente superiorem: qz tunc dr̄ ius ciuile: secus si esset factum ab officialibus vel alio recognoscente superiorem sicut esset episcopus: qz tunc tale statutum dicitur ius pretorium per nō. per Bar. in. l. stipulationum in prin. ff. de verbo. oblig. Et dicam late. i. in. iiii. artic. prin. i. q. Et pretor non pōt quem facere desinere esse suum seu heredem. §. quos autē. Insti. de bo. pos. Pro quo facit qd notat Pau. de ca. in. d. l. si filius qui patri in fi. cōmen. Et qz tunc femina de iure ciuili concurreret cū masculo: ⁊ ex statuto seu decreto habente instar iuris pretorii masculus ei preferetur: posset adiuerti ad id qd dicimus de filio emancipato qui hz filium in potestate retentū: quo casu in successione patris eiusdēqz aui concurrunt per titulū. ff. de coniun. cū eman. libe. de quo per Bar. ⁊ scribentes in. d. l. gallus. §. ⁊ quid si tantū cum concor. ibi allegatis. Sed tunc patri masculi preferri: qz pretor pōt ius ciuile corrigere: vt insti. de bo. pos. in prin. l. z̄ndo nomine remaneat heres de iure ciuili: vt notat in. d. §. quos autem. ⁊ in. l. i. ubi in. C. si vt se ab here. ab. nec ob. titulus de coniun. cum eman. libe. qz vt pz in. l. i. in prin. do. ei. pretor ad dimidiam tantum emancipatum vocat: ⁊ admittit concursum nepotum in potestate retentorum.

¶ Secundo limitat predictam conclusionem Roma. d. §. idem Julianus. Et videt esse de mente do. Philip. in loco

ꝺ. allegato. vt procedat filio masculo acceptāte hereditatē. Secus si repudiet: qz tunc filia succedit vt sua per iura. ꝺ. ad hoc allegata. Pro quo facit tex. in. l. papinianus. §. sz si ex causa ver. ⁊ suus heres erit. ff. de inoffic. testa. ⁊ in. l. filius a patre in prin. Et quod vtrobiqz nō. Ange. ff. de lib. ⁊ posth. Ubi patet ꝙ destituto testamento est consequēter destituta exheredatio. l. filium. §. sed cum exheredatio. ff. de bo. pos. cōtra tab. Et exheredatus efficitur ⁊ est suus propter quod Ange. ⁊ sequaces dicebant ꝙ exheredatio non tollit suitatem sed suspendit. Unde idem videtur dicendū in hac filia: vt statutum non faciat ipsam desinere esse suā. sed suspendat iura suitatis quousqz masculus adeat vel repudiet. Sed ista limitatio non videtur sustentabilis: qz licet masculus repudiet: non tamen desinit esse suus. d. §. sed si sint sui. ⁊. d. §. sui autem: ⁊. l. cum quasi. §. sed ⁊ si quis. ff. de fideicō. liber. Cum ius abstinendi habeat a pretore: vt predictum est. Insup fm magis cōmunem sententiam exheredatio tollit suitatem ⁊ non suspendit: ita ꝙ destituto testamento exheredatus veniat vt voluntarius fm Alex. post Pau. de ca. in. d. l. si filius qui patri in. v. col. Et late in. d. l. si filius heres: facit. d. l. i. §. sciendum. ff. de suis ⁊ legi. ⁊. l. sed si plures. §. si ex asse cum ibi notatis per Ange. ff. de vulg. ⁊ pupil. Notat Imol. in. l. iam dubitari reprehendendo Ange. aliter tenentem. ff. de heredi. insti. Et notatur etiam in. d. l. in suis: ⁊ ad iura. ꝺ. in contrarium adducta ipse Alex. respondet in. d. l. si filius qui patri in. v. col. Ad cui⁹ dicta me remitto gratia breuitatis.

¶ Tertio limitatur predicta conclusio fm Bal. in. d. consi. cccclxxxi. incip. antiquum statutum: ⁊ in consi. lxix. incip. cum statutum in primo volu. fm vltimam impressionem: vt procedat in statuto simpliciter filiam excludente: secus si excludat tempore aliter. Puta quousqz masculus superuixerit: qz tunc existentia suitatis fm eum in filia suspenditur. De quo contingit plenius dicere in sequenti articulo in. ix. q. vbi de transmissione dicemus: ⁊. i. e. v. q.

¶ Quarto limitatur fm Alex. in dicto consi. cxxxi. ⁊ do. preceptorem meum in. d. l. si emancipati: nisi statutum reseruet filie legitimam qz tunc non potest dici exclusa a successione: nec similis exheredate: qd probat Alex. qz principale fundamentum doctorum tenentium predictam conclusionem est ꝙ ideo filia non sit sua: qz perinde est ac si foret exheredata: que nō est sua. d. l. i. §. sciendum. ⁊. d. l. sed si plures. §. ex asse cum concor. ꝺ. allegatis. Et ille qui consequitur legitimam vel aliquid loco legitime: licet habeat aliter ꝙ fm voluntatem patris: non dicitur exheredatus. l. papinianus. §. si quis mortis. Et ibi in proposito nō. Ange. ff. de inoffic. testa. ⁊. l. omnimodo. ⁊. l. cum queritur. C. eo. ti. Et licet dicat ꝙ iure agendo sit necesse: vt id qd filius habet: titulo institutionis habeat: vt notat clarius ceteris Pau. de cast. in. d. §. si quis mortis per. §. ceterum in aut. vt cum de ap. cog. Tamen in preseruato per. l. vel statutum cesset hec cōsideratio: cum ab intestato debeatur: in qua causa intestati de institutionis titulo non curatur fm Alex. in consi. ꝺ. allegato post Ang. in d. §. si quis mortis. De quo: passim an preseruatū filie titulo institutionis debeatur condito testamento ad validitatem testamenti dicam late. i. Ad predicta etiā facit: qz exheredata habetur pro mortua: nimirum si non dicitur esse sua. l. i. §. si pater el primo. ff. de coniun. cū eman. libe. Et hoc non procedit nisi quis sit malamente exheredatus. l. multi non note. ff. de libe. ⁊ posthu. Sed quando statutum vult filiā habere legitimam: vel aliquid loco legitime nō excludit eam a reliquo mala mente seu odio ipsius filie sed fauore masculorum: vt late dixi. ꝺ. in tertio ⁊ quarto articulo prin. Unde non debet tunc filia haberi pro exheredata. Et ideirco dicebat Pau. de cast. in consil. cclxi. incip. super primo puncto ⁊ seq. in volumine antiquorum consiliorū fm primam impressionem: ꝙ filia cui statutum aliquid vult prestari: non habet in hereditate patris pro extranea: licet secus in hereditate matris. Et predicta dicunt procedere do. Alex. ⁊ do. preceptor meus: etiā si statutum mandet filiam dotari vel excludat dotatam: non disponendo aliter ꝙ dos succedat loco legitime: qz mero iure talis dos vel aliud preseruatum intelligitur succedere loco legitime. l. quoniā nouella: ⁊ ibi notat Saly. in scōo notabili. C. de inoffi. testa. Bal. i. l. ii. C. cōmu. de lega. Imol. in. l. titio centum. §. titio genero. ff. de cōdi. ⁊ demon. Sed hoc nō habeo pro simpliciter vero vt preseruatū a statuto succedat loco legitime. Et de hoc dixi in arti. precedenti

precedenti.j.q. Et late dicam.j.in hoc codez articulo in.q.seq.in.vij.al's.viij.col.versi.postremo. Et latius in articulo seq.ij.q. Item dubito de predicta limitatione qꝛ institutus in re certa:non dicitur suus s'm magis cōem sententiam:sed successor vniuersalis vnus vel plures:vt voluit Bal.ꝛ Saly.in.l.quotiens.C.de here.insti.Ang.ꝛ Imol.in.d.l.si filius qui patri. Et ibidez Alex.in.viij.col.versi.quarto tollitur.vnde multominus dici videt' suus cui statutum aliquid certum prefigit nec vniuersaliter succedit. Itē s'm Bal.ꝛ Ang.in.l.qui se patris.C.vnde libe.quis non succedit vt suus nisi ex.l.xij.tabu.successio deferat':de quo dicam.j.in.xij.arti.princi.in.iiij.seu.iij.q. Ubi tradam an in eo qđ debetur filio masculo ex exclusione femine filius masculus dicatur suus.

¶ Quinto limitatur predicta conclusio:vt non procedat si aliquid filie ex testamento relinquatur:qꝛ pro ea parte dicit' sua s'm Alex.in dicto consi.cxxxj. Et do.precepto.meum in d.l.si emancipati quasi predicta conclusio procedat in causa intestati:vel vbi filia venerit contra testamentum als' secus:mouetur Alex.per nō.p Bal.in.d.l.apud hostes in.ij.col.C.de suis ꝛ legi. Ubi voluit ꝙ filius istitutus in re certa vel veniens ad supplementū legitime dicit' esse suus.(Et ita ēt est de mente Maria.consi.xxx.incip.ꝙuis.xij.colū.versi.ad quintum. Ubi dicit ꝙ filia exclusa per statutum:tunc est ad instar extranei:qñ est exclusa ex testamēto ꝛ ab intestato ꝙ si est exclusa solū ab intestato:tunc facto testamento nō est ad instar extranei.) Et aliter dicendo sequeretur ꝙ deterioris condictionis esset filia ab intestato exclusa legis prouisione ꝛ preter mentez patris:ꝙ̄ solēniter in testamento preterita contra.d.l.maximum vitium.ꝛ.d.l.posthumus.§.si quis ex his.ff.de inoffi.testa.ꝛ.l.j.§.j.ꝛ.l.illud.ff.de bo.pos.contra tabu.ꝛ nō.per Bal.ꝛ Doc.in.l.gallus.§.ꝛ quid si tantū.ff.de libe.ꝛ posthu. Ubi in proposito dicunt Ange.ꝛ Imol.ꝙ statutum loquens ab intestato non hz locum condito testamento qꝛ.s.res non reducitur ad causam intestati. Et notat Pe.de anch.in.l.tres fratres.ff.de pac. Quasi statutū emanauerit in casu in quo nō militet prouisio testatoris.arg.l.fi.C.de pac.conuen.de quo dicto plene dicetur in.q.seq.ꝛ dixi plene in precedenti articulo in.j.q. Iccirco s'm Pau.de ca.in dicto cōsil.cclij.ꝛ seq. Relictum filie excluse a statuto per patrem non intelligitur relictum vt extranee:sed imputatur in portione a statuto preseruata si aliquid preseruet:aut in portione debita de iure cōmuni idest legitima. Et per predicta infert Alex.in consil.ſ.allegato ꝙ filia a statuto exclusa filio pupillo substituta transmittet hereditatem pupilli non aditam ad eius heredes:qꝛ quem potest testator sibi facere suum ꝛ necessarium pariter potest impuberi.l.sed si plures.§.quos possum.ff.de vulga.ꝛ pupil.de quo continget alibi dicere. Sed ꝛ hanc limitationez non habeo pro tuta siue filia instituatur in re certa per ea que dixi in precedenti limitatione siue vniuersaliter ꝛ in quota:propterea qꝛ eam masculus precedit potentialiter:ita vt continuatio dominij in eam proprie non cadat.vt dixi.ſ.hac.ea.q.iij.col. Nam ꝛ extraneus vel nepos in potestate patris ex filio in potestate sua peruiuente institutus suus non dicet'.d.l.in suis.ꝛ.d.§.fin.

Et est aduertendum s'm Bal.in dicto consilio.cccclxxvj.incip.antiquū statutum in tertia parte s'm vltimam impressionem in secundo dubio:qꝛ potest dubitari:an iste filie habeantur pro simpliciter exclusis:an vero reddant' inhabiles ad succedēdum:an vero intelligatur per statutū datus ordo prelationis masculorum ad feminas.ꝛ Bal.nihil firmat sed puto ꝙ tutior sit sententia ꝙ datus sit ordo prelationis:put etiā voluit Bar.quem retuli in prin.presentis qōnis. Et est de mente doc.quos referam.j.in.iij.q.in.j.ꝛ.ij.col.hoc eo.articulo.vult Bal.i.l.imperatores.ff.de postu. Et patet qꝛ videmus illas admitti cū masculis nolentibus vti beneficio statuti.vt dixi in precedenti qōne:quo casu nō possunt dici inhabiles. Item videmus ꝙ repudiantibus masculis hereditatez vel existentibus incapacibus ipse succedunt.vt dixi ſ.hac.ea.q.maxime in secunda limitatione. Et dicaz latius j.in.xij.articulo prin.per multas questiones:ꝛ aliquid in.q.seq. Et dixit Bal.in cōsil.clvj.incip.clausula codicillaris.ij.volu.s'm vltimam impressionem ꝙ agnati excludentes habentur loco institutoꝝ:ꝛ femine exclusae eis extantibus loco substitutorum in materia substituibili. Sequitur Pet.de ancha.in consi.cxxxj.incip.hec questio iam vulgaris vltima col. De quo etiam aliquid tangit Bal.in consilio.cccclxxvj.incip.antiquum statutum.iij.volu.s'm vltimā impressionem in.j.col.als' incipit cum statutum in.j.volu.s'm eandem impressionem numero.xlix.(Et s'm quod refert Sozi.consi.cl.in.xvij.col.versi.sed ad hanc.j.volu.Bal.cōsulendo tenuit ꝙ filia exclusa per statutuz non dicitur ipso iure exclusa:sed ope exceptionis:quod dependet ab his que dixi.ſ.eo.ij.q.

Ceterum est aduertenduz:qꝛ si in minus solēni testamēto filie aliquid relinquatur:quando est conditum inter liberos valet testamentū ꝛ relictum.vt dixi in precedēti articu.j.q.v.col.ꝛ in.viij.arti.prin.circa sextam questionem.)

Quarto quero:an talis filia a statuto ab intestato exclusa si pretereatur a patre rumpat testamentum. Hec questio est diffuse examinata per Docto.maxime Bal.ꝛ Alex.in.l.gallus.§.ꝛ quid si tantū.ff.de lib.ꝛ posth. Et in ea varie fuerunt opiniones ꝛ diuidit' in duo membra principalia. Primum membrum est qñ instituti sunt agnati quoꝝ contemplatione filia excluditur. Aliud vero qñ instituti sunt extranei ꝛ filia est p̄terita. Et circa primū membrūz loquendo ꝙ̄ breuius potero videtur dicendū ꝙ filia preterita possit dicere testamentum nullum remedio iuris ciuilis seu per ius dicendi nullum. Propterea qꝛ statutū loquitur ab intestato non autē condito testamēto:ꝛ in exorbitantib' ꝛ correctorijs non fit extensio.l.precipimus.C.de appella.l.sancimus.C.de testa.cum simi. Facit ꝙ dixit Pe.de anch.in.l.tres fratres.ff.de pac. Ubi dixit ꝙ statutum loquēs de successione ab intestato non extenditur ad casum testati per rationem.l.quicquid astringende.ff.de verb.obli.ꝛ.l.si extraneus.ff.de condi.ob cau. Sed hec consideratio nō est bona:qꝛ preteritione filij testamentū redditur nullum ꝛ hereditas est in causa intestati.vt late dixi.ſ.in.viij.articulo prin.in.x.q.cū seq. Iccirco dñs Petrus besutius doctor papiēsis in consi.incip.stat dubitatio:dum pro hac parte cōsuleret:prout refert do.Lauren.in repe.§.ceterum in.ix.col.Insti.de leg.agna.suc. Dicebat ꝙ cum testamentum preteritione filij reddatur nullū:ex eo qꝛ dominium rerum paternaruz in eum cōtinuatur nisi exheredet':vt per Bal.in repe.l.in suis.ff.de libe.ꝛ posthu.ꝛ in.l.pater filiū.ff.de inoffi.testa. Ita ꝙ alius institutus non possit effici dñs:idem est dicendū in tali filia preterita cum duo dñi insolidum esse nō possint.l.iij.§.ex contrario.ff.de acqui.pos.l.si vt certo.§.si duobus vehiculum.ff.cōmo. Sed hec ratio parum valet cū talis filia non sit sua:ꝛ in ea dñium non continuetur.vt dixi in precedenti qōne.ꝛ Ange.in.d.l.in suis dicit hanc rōnem esse persuasiuam.vnde Bal.in.l.si emācipati in.v.oppo.in.iij.col.C.de colla. Presupposito ꝙ non competat huic filie ius dicendi nullū ꝛ consequenter remediū iuris ciuilis:tenuit ei competere bo.pos.ꝯtra tabu.ꝛ sic remediū pretoriū.eo qꝛ talis bo.possessio cōpetit ex testamento ꝛ nō simpliciter ab itestato.vt notat glo.in.l.vt liberis.C.de colla.ꝛ in.l.illud.ff.de cōtratab.qđ s'm Ange.in.l.filie dotem in lectura Florē.C.de colla.ꝛ Pau.de ca.in.l.certum.C.vnde cogna. Procedit si filia expectet vt masculus institutus adeat hereditatez:ꝛ tunc intentet bo.pos.cōtratab.qꝛ tunc non dicet' proprie ab intestato venire:secus si ante aditionem cōtratabularet. Iccirco dant cautelam vt filia expectet ꝙ masculus institutus adeat hereditatem ꝛ demū intentet bo.pos.predictā. Idez tenet Roma.in consi.clxxix.incip.amplissime doctor in.iij.colū. Ubi allegat ad hoc Iaco.but.ꝛ Bal.in.d.l.si emancipati.ꝛ Ang.in.d.l.filie dotem. Pro qua sententia adducit qđ in simili videmus de filio emancipato:qꝛ lz de iure stricto foret inhabilis ad successionē.§.emancipati.Insti.de here.que ab inte.defe. Tamen de iure pretorio vigente tempore eiusdē iuris ciuilis admittebat' ad rumpendū testamentum per bo.pos.contratab.si reperiebat se preteritū toto tit.ff.ꝛ.C.de bo.pos.cōtratab. Sed istud simile est debile:qꝛ pretor vocabat expresse filium emancipatū ab intestato:ꝛ in terminis questionis nostre filia nullo iure ab intestato vocat':nisi dicamus prout dicebat modernus bonon.in tract.dotium in vltima parte in.lxxj.q.in fi.ꝙ statutū excludens filiam ab intestato:non intelligitur illam excludere a bo.pos.vnde li. Et sic de iure pretorio nisi hoc expresse dicat' in statuto.pro eadem opinione facit qđ decidit Barto.in.l.j.in prin.in.ij.col.ff.de coniun.cum emanci.libe. Dum voluit ꝙ lz de iure ciuili nepos ex filio emancipato non succedat auo vna cum patre.§.nullā in aut.de here.que ab inte.ꝛ s'm aliquos per l.meminimus.C.de legi.here. Tamē si pater nō vtat' bene

ficio iuris ciuilis: puta q non velit vel aliter nepos per bo. pos. contratabu. Admitteretur ad successionem aui contra testamentum ipsius aui in quo ipse ⁊ pater fuerunt preteriti: ⁊ ad corroborationẽ predictorum adducunt Bal. in. l. maximum vicium in penul. col. C. de libe. prete. Et moderniores in. d. §. ⁊ quid si tantũ. Alia iura ⁊ fundamenta que nõ refero: q multũ nõ stringũt. nec ob. ꝫ aliquos modernos disputatiue loquentes in. d. §. ⁊ quid si tantum. Si dicatur ꝙ qui non põt ab intestato succedere non potest bo. pos. contrata. intentare. l. j. §. vocantur: ⁊. l. non putauit. §. in adoptiuo. ⁊. l. filium. §. videamus. ff. de bo. pos. contratab. q istud non ponitur ita precise pro regula qm̃ sic sequeretur ꝙ filius emancipatus non posset intentare bo. pos. cõtratabu. cum de iure ciuili eo tempore ab intestato nõ succederet: sed hec solutio nõ placet. q illa iura recte cõsiderata volunt ꝙ ei qui alias etiã remoto obstaculo emancipationis de iure ciuili nõ fuisset ab intestato successurus non competat dicta bo. pos. contratab. Et ita dicit Glo. in. d. §. vocantur in verbo eo iure: ⁊ ipsa regula clare pbaẽ in. §. item adoptiui. Insti. de here. q̃ ab intesta. defe. Nec etiã obstat ꝫ aliquos modernos in. d. §. ⁊ quid si tantũ. Si dicaẽ ꝙ filia non dꝫ esse melioris condictionis veniendo cõtra testamentũ q̃ꝫ si ab intestato veniret per tex. in. d. l. maximũ vitium: q alibi hoc videmus: ⁊ aliqñ hoc nõ est absurdum: vt patet in. d. §. in adoptiuis: ⁊ in. d. §. videamus. ⁊ in. l. iij. §. si emancipatus. ff. de cõtratab. ⁊ l. d. l. pater filiũ. ff. de inoffi. testa. Sed ⁊ ad hoc respondeẽ ꝙ casus speciales nõ sunt trahendi ad cõsequentias. l. qd̃ vero cõtra. ff. de legi. Nam in. d. §. videamus. ⁊ in. d. §. in adopti. alĩs ab intestato nõ successurus admittiẽ ad bo. pos. contratabu. Tum q erat scriptus heres: tum q sibi per aliũ cõmittebaẽ edictum: ⁊ alterius beneficio cõsequebatur beneficiũ: et qua respõsione posset attentari ꝙ filie a statuto excluse instituẽ here. in modica parte posset cõpetere bo. pos. cõtratabu. Si filius foret preteritus: aut aliqua filia nõ exclusa: ad finem: vt plus cõsequeretur q̃ꝫ id in quo foret instituta: maxime q ẽm aliquos non est penitus extranea vt dixi in. q. pcedenti: que bo. pos. peti põt non expectato ꝙ preteritus impugnaret testamentum. l. si post mortẽ. §. fi. ff. de contratabu. Et notant cõiter Doc. in. l. posthumo. C. de bo. pos. cõtratabu. vbi late Alex. ⁊ moderni. sup qua tñ illatione pro nunc relinquo cogitandum. Sed contrariã opi. s. ꝙ filia preterita in terminis q̃nis nostre non possit impugnare testamentuꝫ: siue remedio ciuili per ius dicendi nullũ: seu pretorio intentando bo. pos. cõtratab. tenuit Bal. in. d. §. ⁊ quid si tantũ: vbi arguit ad partes: ⁊ moueẽ primo fundamento Bart. in. d. l. fi. q nõ fit aliqua iniuria filie: si pater eos ex testamento vocet quibus poterat tacite relinquere ab intestato decedendo: iuxta. l. si quis cum nullũ. ff. de iure codicil. Et is cui nulla fit iniuria non põt testamentũ etiã de iure pretorio impugnare d. l. maximũ vitium. Itẽ moueẽ: q nõ est alicui imputandũ cur testatus decesserit. l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoffi. testa. facit. d. l. si post mortẽ. §. liberi. Itẽ p hoc facit: q qui non põt ab intestato succedere non põt contra testm̃ etiã de iure pretorio venire: vt patet in. d. l. si adoptionẽ in fi. ⁊ in. d. l. j. §. pe. ⁊. l. non est ambigendũ. ff. de bo. pos. titulo generali. ⁊. l. j. §. recte. ff. si ta. test. nul. ex. d. §. itẽ adoptiuos: insti. de here. q̃ ab intesta. Insup vt alĩs dixi maxime in pce. articulo prin. j. q. Preteritio eoꝝ quibus nulla legitima debetur: nõ vitiat testamentũ. l. cum queriẽ. C. de inoffi. testa. ⁊ notat Bar. in. d. §. ⁊ quid si tantũ. in. iiij. col. versi. venio ad declarationẽ. Pro qua opi. facit: q vt dixi in contraria opi. s̃. proxime relata. Sequereẽ ꝙ melioris ꝯdictionis esset filia veniens cõtra voluntatẽ patris impugnando testamentũ q̃ꝫ si veniret preter eius voluntatẽ hoc est ab intestato: qd̃ iura reputant absurdum: vt in simili dixit Bar. in. d. l. pater filiũ. ff. de inoffi. testa. Et patet in. d. l. maximũ vitium circa medium. Ubi etiã dicitur absurdũ esse ꝙ aliter quis vocetur ad expugnandum testm̃ de iure ciuili ⁊ aliter de iure pretorio. Ad idem facit. q quis non dꝫ admitti ad id qd̃ sua nõ interest. l. ille a quo. §. si de testamẽto. ff. ad trebel. l. j. ff. de appel. reci. c. cum inter. r. seniorẽ de elec. Sed filia in terminis nostri statuti rupto testamento: ⁊ sic ab intestato succedere nõ posset: ergo ⁊c̃. Facit. d. l. si post mortẽ. §. liberi. versi. frater. ff. de contratab. Unde si admitteretur ad rumpendũ: ex sola ratione affectionis rumperet: que ratio non cõsideratur ẽm Ange. in. d. §. ⁊ quid si tantũ. Ad idem etiã facit ꝙ concludunt Bar. ⁊ Doct. in. d. §. ⁊ quid si tantũ. Dum volunt ꝙ si nepos ex filio emãcipato existens in aui potestate: preterea testamentũ non sit nullũ. Unde et hodie in successione preferatur filius emãcipatus. d. §. nullũ in aut. de here. ab intesta. ⁊. d. l. meminimus. C. d legi. here. Et qd̃ in pposito plenius dicunt Bar. ⁊ doc. in. d. §. ⁊ quid si tantũ. Ad idem facit ꝙ voluit Bar. in. d. l. j. §. filii. iiij. q. ff. de bo. pos. cõtratab. Et Bald. in. l. filio. ff. de libe. ⁊ posthu. ꝙ filius qui renunciauit successioni paterne ab intestato nõ rũpat testm̃ si in eo pretereatur. Pro quo faciũt aliqua que dixi in. q. prece. Et predictam opi. fortificat Bal. in. d. l. maximũ vitiũ in pe. ⁊ vlti. col. octo fundamentis que includuntur in predictis. Et hec opi. est cõis quã sequitur etiã Bar. in consil. incipi. quidam dñs Jaco. Pau. de ca. in. d. l. maximũ vitium. Bal. ⁊ Ang. in. d. l. posthumus. §. si quis ex his. Ubi Bal. dicit se ita cõsuluisse: ⁊ Ange. in. l. papinianus. §. si qs mortis. ff. de inoffi. testa. Ubi etiã mouetur alio fundamẽto: q sicut de iure ffoꝝ filius qui habebat quartam inter viuos: nõ poterat testm̃ expugnare per illum tex. multo minus põt filia que est dotata ⁊ vltra dotes aliud petere non põt: lꝫ vtrobiq; dicat Ange. tutius esse vt filie saltem in vno nũmo heres instituatur: vt notat glo. in. l. iij. §. sed vtrum. ff. de mino. Eandem opi. sequitur ipse Ange. in. d. l. gallus. §. in omnibus: ⁊ in consilio xxxiij. incip. in questione vertente inter ser Benedictum. ⁊ in consi. xcix. alĩ. xcvij. incipi. Petrus de vrbe veteri: ⁊ dñs Signo. de homo. in consi. cclij. incip. super dubiis in. iij. col. ⁊ in consi. xxiiij. incip. questio talis est circa fi. ⁊ Ang. in ꝯsil. ciij. incip. statuto cauetur: ꝙ si aliquis decesserit ab intestato. Et Bal. in repe. l. pater filium in. iiij. col. ff. de inoffic. testa. Licet ibi hoc bene non affirmet Pau. de ca. in aut. ex causa. C. de libe. prete. Cuma. in consi. lxxxix. incipi. de risorum videtur. j. col. Ange. Cuma. Imol. Pau. de ca. Alex. ⁊ Moderni in. d. §. ⁊ quid si tantũ. Ubi dicunt istam esse communem opi. ⁊ Alex. ibi dicit se quinquies in hac materia cõsuluisse. Idem tenuerunt Fulg. Pau. de cast. Alex. ⁊ Moderni in d. l. filie dotem. C. de colla. Ubi etiã dicunt hanc opi. esse cõmunem. Cuma. in repe. l. si filius qui in potestate in. xii. col. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊ in consil. clvij. incipi. mengus in testamento. Albe. de rosa. in scda parte statu. in. q. ciiij. alĩ. ciiij. incip. ex eodem. Pau. de ca. in. l. qui superstitis vlti. colũ. ff. de acq. here. ⁊ in ꝯsi. ccclviij. incip. sup primo puncto: queriẽ an testamentũ: ⁊ in consi. cclij. incip. qm̃ fundamentuꝫ in. ij. col. versi. restat nunc expedire. ⁊ in cõsi. cxx. incip. si dicta cornelia. Ubi dicit hanc esse cõem opi. in volumine antiquoꝝ consiliorum ẽm primam impressionem. Roma. in. l. vt liberis. C. de colla. ⁊ in consi. xvij. incip. videtur mihi de iure cõcludendum. Et ita etiã consuluit notabiliter Bal. in consil. cccxxix. incip. circa primum dubium in tertio volumine ẽm vltimam impressionem. ⁊ in alio consi. incip. queritur vtruꝫ filia dotata. ⁊ in alio incip. proponitur ꝙ quidaꝫ dñs Anto. caratosam eius filiã: prout refert dñs Fabia. in repe. aut. nouissima in. xv. q. prin. in. j. q. ⁊. ij. col. Ubi etiã transit cuꝫ hac opi. idem consuluit Alex. in cõsi. xlvij. incip. habunde in pe. col. secundo volumine. Ubi dicit hanc opinionem esse verã ⁊ cõmunem. ⁊ do. Fran. de are. in consi. clx. incipi. longa est consultatio in. xv. col. cum sequen. in. xi. dubio. Et dominus Benedictus capra in consil. lxiiij. incip. punctus ⁊c̃. quidaꝫ nomine Antonius. ij. ⁊. iij. col. Et ita etiam tenuit Gui. de de peru. gener Bar. in quoddam consilio quod composuit super hac materia post Pe. de ancha. in consil. incipiẽ. hec questio iam vulgaris: quos refert ⁊ sequitur do. Lauren. in repe. d. §. ceterũ in. vij. col. Insti. de legi. agna. suc. Ubi adducit etiã ad hoc consiliũ Panor. ꝙ incipit. Idem in respectu arbitrorum. ⁊ Bal. in consi. incip. statuto ciuitatis Perusij cauetur ꝙ mulier. Et ibi etiã adducit alia fundamenta pro corroboratione presentis conclusionis que partim dicenẽ in seq. membro. Et ab hac cõclusione ⁊ cõmuni sententia temerarium foret recedere. Nec obstat si dicatur ꝙ exclusus a successione intestati per statutũ: non intelligitur exclusus de iure pretorio per ea que dixi. s̃. hoc eo. arti. in. j. q. Quia vt ex predictis apparet cõmunis sententia est in contrariũ: ⁊ vt dixi iura volunt ꝙ quẽ ius ciuile non admittit ad successionem intestati: non admittat pretor ad bo. pos. contratab. vel expugnandum testamentũ: quasi pretor imitetur ius ciuile p iura ad hoc allegata. facit tex. insti. de bo. pos. in prin. versi. aliqñ tamen. ⁊. §. ⁊ cũ de testamentis: ⁊ non dat successionẽ p

vnde liberi

vnde liberi ab intestato nisi his quos ad bo.pos.contratab. admittit.l.j.§.recte ⁊ seq.ff.si ta.te.nul.extn. Ita ꝙ talis femina exclusa a successione intestati per statutũ non possit de iure pretorio succedere:qꝛ ei non competit bonoꝝ possessio contratab.que non competit vbi nõ reperitur expresse prouisum nisi suis.l.illud.§.ad testamenta.ff.de ꝯtratab.l.fi.C. de suis ⁊ legi.Nec.n.est talis filia sua:vt dixi in prece.q.⁊ si dicatur ꝙ predicta procederent in exclusis odio ipsius:vt dixit Bar.post Dy.in.d.l.nõ est ambigendũ.§.vbicũqꝫ ⁊ dixi s.eo.arti.j.q. Respõdeo ꝙ illa regula procedit affirmatiue. vt patet in.d.§.vbicũqꝫ:non autem negatiue nisi sm̃ predicta exp:out patet ex iuribus allegatis:ꝑpter quaꝫ solutionem etiã non obstat qδ dicebatur ꝙ bo.pos.contratab. non dicit ab intestato competere qñ adita est hereditas per institutũ: sed ex testamento per iura allegata:de quo etiã habetur per scribentes in.d.l.si emancipati:⁊ per Pau.de cast.⁊ Alex. in.l.j.in.ij.col.C.de bo.pos.contratabu. In totũ vt non liceat arguere de causa testamenti ad causam intestati:qꝛ vt dixi hec bo.pos.cõtratabu.habet cõnexitatem ⁊ dependentiam a successione intestati ⁊ ecõtra:⁊ statuta bene recipiũt interpretationẽ passiuã a iure cõmuni:vt per Bar.in repe. l.omnes populi in.vi.q.prin.ff.de iusti.⁊ iur.Imol.⁊ Alex. late in.l.j.§.j.ff.ad leg.falci.cum concor.alias allegatis.Et facit qδ in simili dixi in prece.arti.in.j.q.Et hoc etiaꝫ nobis suadet ratio euitande absurditatis ne melioris sit cõditionis veniens contra voluntatem patris ꝙ̃ pieter.arg.l.maximum vicium.Et notant Doc.maxime Alex.in.d.l.filie dotem:tunc maxime vbi est institutus agnatus veniens ab intestato per statutum.Ad decisionem Bar.in.d.l.j.in prin. ff.de coniun.cũ emanci.libe. Respondet ꝙ non est vera per fundamenta ⁊ iura.s.adducta.Et illã reprehendunt Imol. Cuma.⁊ Alexã.in.l.si.ff.de libe.⁊ posthu.⁊ Fran.de are.in dicto ꝯsi.xvj.qui dant aliam responsionẽ que nõ est tuta.Ad alia cõtraria de se patet responsio.Et ex his stat defensata cõis conclusio seu sententia ꝙ filia exclusa a statuto ab intestato si preterent instit uti s his ꝑpter quos excludit non põt impugnare testamentũ nec de iure ciuili nec de iure pretorio. Que conclusio procedit siue filia sit in potestate:siue emancipata sm̃ Ange.Imol.Alex.⁊ modernos in.d.§.⁊ quid si tantũ:⁊ Alex.in.d.l.filie dotem ꝑ iura preallegata: quamuis aliqui moderni intellexerint eos aliter loqui in emancipata sed sm̃ veritatem:vũ faciant differentiam inter emancipatã: ⁊ nõ:loquuntur in terminis membri sequentis.sicut qñ sunt institute alie persone ꝙ̃ he propter quas filie a statuto excludũtur. Predicta cõis sententia limitatur:vt non procedat qñ tempore conditi testamenti filia nõ habebat qualitates propter quas excludit:puta si statutũ excludat filiã dotatã: ⁊ pretereatur non dotata vel excludat maritatã:⁊ pretereat nubilis.Nam lꝫ postea dotetur vel maritetur:non ꝑpterea testamentũ est validum sm̃ Nellũ in ꝯsi.ccviij.incip.si dicta dña inserto inter consilia Pau.de ca.in volu.antiquoꝝ consiliorum sm̃ vltimã impressionem:facit.l.si filius qui in potestate.ff.de lib.⁊ posthu.⁊ insti.de exhere.lib.in prin.Et ipse Nellus sentit ꝙ etiã tale testamentum de equitate pretoria non recõualescat iuxta.l.posthumus in prin.ff.de iniu.rup. test.Sed verius credo ꝙ tale testamentum recõualescat de equitate pretoria ꝑ tex.in.d.l.posthumus versi.ideꝫ ⁊ circa: iunctis ibi notatis.⁊ per Alex.in.l.gallus.§.etiã in.j.colũ. post Ange.⁊ Imol.ff.de libe.⁊ posthu.Et lꝫ ille tex.non loquatur in hoc specifico casu:tamen debet ad hunc casuꝫ fieri extensio:argu.in.d.l.gallus.§.⁊ quid si tantũ cum sit eadeꝫ ratio per ibi nõ.⁊ per Bar.⁊ doc.post eum in.l.si constante in prin.in.ix.q.ff.solu.ma.qδ procedit in terminis nostris.s. institutis his qui vigore statuti forent ab itestato successuri d.§.idem ⁊ circa cum ibi notatis:⁊ in.d.§.etiam.(Et ꝙ predicta opinio sit cõmunis:attestatur etiã Sozi.consi.cl.maxime in.xvj.col.versi.quã etiaꝫ confirmo.j.volu.Et Corneus consi.j.pe.⁊ si.col.ij.volu.⁊.cvij.incip.in hac.ij.colũ.⁊.cxvj. incip.difficultas.j.col.eo.volu.⁊.lxv.incip.plura col.si.iij. volu.Et predicta procedunt in dubio.nã quando adesset statutum ꝙ filia nõ possit impugnare testamentũ vel vltimam voluntatem aut donationem rõne alicuius legitime vel supplementi res esset clara ꝙ seruandum esset statutum:vt est Florentie per reformationẽ:vt per do.Bartho.sozi.in ꝯsi. cclxxxviij.incip.circa primum.ix.col.in si.primo vol.iunctis his que dixi.s.in primo articulo prin.j.q.iiij.col.⁊ Corneũ dicto consi.primo col.si.secundo volu.)

Secundo membro principali qñ filia est preterita non institutis agnatis seu his quoꝛuꝫ contemplatione excludit:sed aliis personis insurgit maius dubiũ ⁊ multum difficile. In quo passu sm̃ Ang.in.d.l.gallus.§.⁊ quid si tantũ in.iij.col.in si.Est dicendum ꝙ femina admittatur ad rumpendũ testamentum.Et lꝫ eo rupto ⁊ reducta hereditate ad successionem intestati non admittatur propter superexistentiã agnatoꝝ qui ex forma statuti ei preferuntur:tamen interest ipsius filie habere ipsum ius rumpendi venale:vt in simili patet in.l.filiũ.§.erit.ff.de bo.pos. cõtratab.Et sic videt presupponere Ang.ꝙ testamentũ sit validum:qꝛ qδ nullum est amplius rumpi non põt.l.nam ⁊ si sub conditione.ff.de iniu.rup.te.Item presupponit ꝙ nullatenus filia ad successionem admittatur:sed qδ sibi tantum prosit in gratificando cui velit:⁊ in habendo beneficium venale.Adeo ꝙ sit in sua facultate impugnare vel non impugnare testamentum:quã considerationem ante Ange.fecit Bal.in.d.§.⁊ quid si tantum:lꝫ loquatur quando erant instituti venientes ab intestato:quo casu posset talis consideratio fieri si vni foret plus ꝙ̃ alteri relictum.Imol.autem in d.§.⁊ quid si tantum:reprehendit Ang.in decisione:⁊ rõne decidendi:cuius Alex.⁊ alij videant eos aliter intelligere. Et mouetur:qꝛ in.d.§.erit:ille qui habebat beneficium venale erat heres institutus:⁊ certum ꝙ ipsum beneficium illi competebat:cum indubitanter esset in facultate sua adire vel non adire:⁊ eo modo vel facere locum cause testati vni ⁊ vni prodesse:vel cause intestati ⁊ alteri prodesse:sꝫ in casu nostro non est certum filie tale beneficium competere cum non sit determinatum immo dubium in iure:an possit admitti ad impugnandũ testamentũ que facultas impugnãdi causat beneficium venale.Et ipsummet deci.Ang.reprehẽdit Pau.de ca.in consi.cccxlvij.incipi.super primo puncto queritur in.iij.col.in volu.antiquorum consiliorum sm̃ primam impressionem per rationem supradictam.Et qꝛ validitas vel inualiditas testamenti non potest esse in pẽdenti:sed vel statim testamentũ est nullum vel statim validum.l.si.in si.ff.cõmu.predio.vnde sm̃ Io.de imol.in loco preallegato dicendum est:ꝙ filia non põt impugnare testamentum per ius dicendi nullum cum ei nulla legitima debeatur:⁊ ab intestato non succedat per iura in prece.membro ad hoc allegata:sed bene possit venire per bo.pos.contratabu.maxime si filia sit emancipata ⁊ preterita cum causa:qꝛ ꝑ bo.pos.contratab.res non reducit ad causaꝫ intestati simpliciter.l.si ex duobus.ff.de bo.pos.cõtratab.⁊.d.l.vt liberis.C.de colla. ⁊.§.sunt autem.insti.de bo.pos.propter qδ mens ⁊ ratio statuti qδ ab intestato loquitur non repugnant.Est enim dictũ remedium aduocatoriũ non autem simpliciter apertiuum cause intestati:vt dixit Imol.in.d.l.si filius qui in potestate. ff.de libe.⁊ posthu.Et voluit sentire Glo.sm̃ eum in.d.l.si pater filiũ.ff.de inoffi.testa.propter quã rõnem idem est dicendum sm̃ eum etiã si filia emancipata fuerit preterita sine causa:vel si fuerit in potestate.Et sic concludit Imol.ꝙ filia siue emancipata:siue preterita in terminis statuti predicti: non possit dicere testamentũ nullum:sed per bo.pos.contratabu.que ex testamento defert ad successionem admittatur: nõ aũt habeat beneficiũ venale. Pro quo adducit:qꝛ mens ⁊ ratio statuti etiã non repugnant:qꝛ statutum excludit filiã fauore agnatoꝝ qui in casu isto nõ succederent:qꝛ pater non hꝫ iure proprio ꝙ possit filiaꝫ preterire sed fauore agnatoꝝ: vnde cessante ipso fauore nõ dꝫ posse impune ꝑterire.l.filio §.mater.ff.de adi.leg.l.ticia.§.vsuras.ff.de leg.ij.Et lꝫ non intersit filie dicere testamentũ nullũ:qꝛ eo modo reduceret rem ad causam intestati:⁊ tũc agnati succederent.Et nõ ipsa tñ interest sua cõtratabulare:vt sic ipsa succedat nõ ab intestato.Nec ob.sm̃ Imol.si dicat ꝙ is cui legitima nõ debet: non admittat ad rumpendũ per predicta:qꝛ hoc procederet in eo cui nullo iure legitima deberet.s.nec de iure speciali: nec de iure cõi.Secus aũt in eo cui de iure cõi legitima debetur:vt in proposito sm̃ eum.Et hanc opi.Imol.sequitur Roma.in.d.l.vt liberis:⁊ Are.in.d.§.⁊ quid si tantũ necnõ ⁊ modernus seneñ.dicens sm̃ illã fuisse cõsultũ p.d.Mariã genitorem suũ.⁊ per alios aduocatos seneñ.⁊ ꝑ aduocatos Florentinos maxime.d.Salustiũ:⁊.d.Bñdictũ de accoltis ⁊ hec opi.est multum equa sm̃ Alexã.⁊ modernos in.d.§.⁊ quid si tñ pro qua opi.adducit modernus seneñ.l.d.§.⁊ qd

si tantum quoddā consilium Nelli. de sancto Gemi. vbi vo-
luit q̄ ille excludat a iure cōtratabulandi qui generaliter: ⁊
omni iure excludit a successione intestati: non autē qui certo
modo a successione ex forma statuti excludit: prout filia que
excludit ꝓpter agnatos: arg. l. si filius. ff. de bo. libe. ⁊ l. j. §.
quibus. ff. de suc. edi. Pro quo facit qḋ dicam. j. in. xij. arti.
prin. in. vij. q. Ubi tango an filia exclusa per statutū fauore
agnatoꝝ intelligatur exclusa si nō succedant agnati: q̄ paria
sunt nō extare ⁊ extare ⁊ nō succedere. o. l. j. §. filiū. ff. de con-
tratab. l. si necē. §. si deportatus. ⁊ l. si ex modica. §. si filius.
ff. de bo. libe. §. sed nostra. Insti. de suc. libe. Et hoc, maxime
verū est si dicamus talem filiā equiparari exheredate: vt no-
tatur. ā. e. in. ij. q. Cū exheredati habeant pro mortuis. l. j. §.
emancipatus de cōiun. cū emā. libe. Ubi idem dicit in aliter
exclusis ⁊ ibi dicit in. §. si pater: q̄ nepos ex filio exheredato
admittit: ac si pater nunq̄ fuisset. plus voluerunt aliqui mo-
derniores in. d. §. ⁊ quid si tantū posse attentari cōsideratis
rōnibus predictis maxime ratione ⁊ mente statuti q̄ talis fi-
lia preterita non solū possit venire ad successionem per bo.
pos. contratab. Uerū etiam per ius dicendi nullum: q̄ testa-
tor prouidendo aliter q̄ disponat statutum: facit vt a proui-
sione statuti intelligat recessum: ita q̄ successio fm ius cōmu-
ne deferatur: cum prouisio hominis tollat prouisionem le-
gis. l. si. C. de pac. conuen. l. si cum dotem in prin. ⁊ ibi Doc.
ff. solu. ma. Quo casu filia ab intestato succedet: nō obstante
statuto: q̄ talis recessus durat q̄diu prouisio hominis effe-
ctum non habeat: vt videmus in simili q̄ per dationem sub-
stituti vel coheredis extranei tollitur suitas q̄uis talis da-
tio vel substitutio effectū nō sortiatur. l. sed si plures. §. filie.
Et ibi moderni. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ l. si mater. §. j. ⁊ quod
notat Alex. in. l. si quis filium eo. ti. iunctis que late habent
in. l. apud iulianū. §. idem iulianus. ff. ad trebel. (Et pro ista
opinione multa adducit do. Sozi. in dicto consil. cl. quā in
xvj. colū. ibi dicere videtur cōmunem primo volu.) Et hanc
opi. videtur sequi. do. Lauren. in repe. d. §. ceterum in. vij.
col. cum tribus seq. Insti. de legi. agna. suc. allegādo ad hoc
Bal. in consil. incipit. statuto ciuitatis Perusij cauetur q̄
mulier: ⁊ Panor. in dicto consi. incipi. idem in effectu arbi-
tror: ⁊ do. Salu. in preallegato consi. incipi. presens cōsulta-
tio. eo fundamento: q̄ testator agendo contra mentē statuti
videt ab eius dispositione recessisse. Nam vbi cōceditur ali-
quid contra ius ex aliqua causa durat illud concessum ad li-
mites cause qua cessante cessat concessio. c. deus qui de vi. ⁊
hone. cle. l. generaliter. C. de epis. ⁊ cle. ⁊ l. cū pater. §. dul-
cissimis. ff. de lega. ij. Et hoc probat do. Laurē. per alias ge-
neralitates. Item fm do. Salu. si filia rumpat testamentuꝫ
q̄uis sibi principaliter non aperiat viā fm opi. aliquorū sed
agnato cuius contēplatione excluditur: tamen hoc poterit
sibi prodesse si agnatus nō adeat hereditatem: ⁊ ꝑdicta opi.
Imol. ⁊ sequaciū ampliatur ex dictis p Pau. de ca. in dicto
consi. cccxlvij. in. l. col. in volu. antiquoꝝ consiliorum fm pri-
mam impressionem: vt procedat etiā si agnatis quoꝝ cōtem-
platione filia excluditur foret aliquid relictū: vel fuissent in
aliqua re seu parte hereditatis instituti: q̄ statutū hoc casu
non sortitur effectum cū excludat filias: vt fauent agnatis: vt
patet ex notatis per Bar. in. l. ij. §. nunc videndum. ff. ad ter-
tul. Et dicam latius. j. in. xiij. arti. prin. j. q. ⁊ dixi. ā. in tertio
articu. prin. De cuius amplationis veritate dicam. j. in. xij.
arti. prin. in. vj. q. in prin. Item oportune ad predicta accō-
modatur qḋ consuluit Pau. de ca. in ꝯsi. cexciij. alīs. cclxxvi.
incipit. puto sine dubio in volumine nouorum consilioꝝ fm
vltimam impressionem: vbi voluit q̄ tali filie debeatur legi-
tima ex testamento: si in aliquo sit instituta qḋ sit minus legi-
tima quando non sunt instituti agnati quoꝝ cōtemplatione
excluditur: etiā si instituta sit mater filie: allegat nō. p Bar.
post Nico. de matarel. in. l. penul. C. de impube. ⁊ ali. substi.
in penulti. q. versi. quid ergo in casu illius. l. ⁊ l. si. in si. C. de
insti. ⁊ substi. sub cōdi. fa. Ubi substitutus qui excluditur pro-
pter matrem. si matri non fauetur: q̄ moriatur ante euentū
condictionis non excluditur: ⁊ idem si esset incapax vel he-
reditatē pupilli repudiaret fm eum post Bar. in. l. centurio.
ff. de vulga. ⁊ pupil. Et idem etiā tenuit do. Benedi. capra
in consil. clj. incip. subscripsi. Dicens q̄ statutum excludens
matrem a successione filij extante fratre non excludit eam a
petitione supplementi legitime quando frater defuncti non
fuit ab eo institutus: sed alius forte vxor defuncti per nō. p

Bal. in. o. l. emancipati: ⁊ Bal. Ang. ⁊ Imol. in. d. §. ⁊ quid
si tantum cum concor. De quo contingit dicere. j. in. xij. ar-
ticulo prin. in. vj. q. in prin. Alia fuit opi. q̄ filia exclude-
tur a successione siue per ius dicendi nullum: siue per bono.
pos. contratabu. Licet alie persone sint institute q̄ he pro-
pter quas talis filia a statuto excluditur ⁊ inter ceteros: ita
tenuit Bar. in. l. j. §. si pater. ff. de coniun. cum emanci. libe.
⁊ in consil. cxj. incipi. viso testamento Mini de sancto Qui-
rico: ⁊ diffuse Pau. de ca. in. d. consil. cccxlvij. incipi. super
primo puncto queritur in volu. antiquoꝝ cōsiliorum fm pri-
per actum suum fortius respublica ⁊ eius auctoritas que est maior.vij. questione prima scias. Ergo ex isto capite filia priuata successione licet preterita non dicet testamentum nullum: similiter hodie iure codicis vel auctenticorum nullitas ex preteritione filij sui vel emancipati procedens obuenit ꝙ hereditas quodam iure nature est debita eis.l. scriptum in fi.ff. vnde libe. vt supra dixi: vnde merito iudicium testatoris emanans contra legem est nullum.l. non dubium. C. de legi. Sed cum per statutum sit sublata talis lex nature hoc est habens causam naturalem que potest in totum tolli per statutum quia filius etiam legitimus potest per statutũ priuari legitima ⁊ illa per statutum tolli vt per Cyn. in.l. sancimus. C. de nup. per Dyn. in regula indultum libro sexto. Et per Bar. in.l. ticio centum. §. ticio genero de conditioni. ⁊ demonstrationi. Sequitur ꝙ sublata causa causante nullitatem sit sublata nullitas. Circa vero secundum caput si filius predecedat sorori Bar. in.d.l. si. ad tertiũ. dixit ꝙ si filia predecedat fratri sine dubio testamentum erit validum ar.l. si posthumus ⁊.l. si posthuma. ⁊ quod ibi nota.ff. de libe. ⁊ posthumis ⁊ dicit se notasse in.l. prima. §. quotiens.ff. de ven. in pos. mit. Sed si predecedat filius testamentum rumpetur: interim autem est in pendenti sicut in posthumo preterito Bald. in.l. secunda in fi. prie colum. in ver. extra questio. C. de libe. prete. dicit hec verba. Quero de tali questiõe pater filiam dotatam preterijt ⁊ filium instituit: superuixit filius patri ⁊ bona paterna possedit. Deinde decessit sine liberis masculis: filia preterita vult dicere testamentum nullũ.

Queritur an possit presupposito statuto cõmunis perusij dicente ꝙ filia dotata venire non possit nec reuerti ad bõa dotantis quousq̃ superuixerit filius masculus. Et iam.d. dixi ꝙ dictum statutum simpliciter loquens iudicio meo possit intelligi semper tãdiu vel quousq̃: quia illud est inductũ per existentiam masculorum: quorum fauore illa exclusio est inducta. Et circa illam questionem dicit Bald. ꝙ sine dubio dictum testamentum est nullum ⁊ retro nullũ fuisse apparet. Et sic istud secundum caput questionis ⁊ tertium oꝫ simul coniungere: quia vnum dependet ab alio: ⁊ vnum per aliud declaratur. Et ꝙ istud testamentum sit nullum ⁊ vt ex nunc ⁊ ex retro probat rationibus infrascriptis. Prima est certũ ꝙ ista filia dotata preterita potest hodie dicere testamentum nullum. Et hoc voluit statutum saltem tacite ꝙ solum voluit eam excludere a bonis paternis quousq̃ masculus superuixerit. Ergo eo mortuo ipsam admittit: ꝙ prohibitum ad tempus post tempus videtur permissum.l. imperator.ff. de postulan.l. statu liberum. §. stichum.ff. de leg. secundo. Sed ita est ꝙ hodie non potest dici nullum nisi dicatur retro nullum vt dicit ipse Bald. se velle probare. Ergo ex mente statuti est nullum vt ex retro. Nam secundũ eũ ille preteritus non potest dicere testamentum nullum qui tempore mortis non debebat de necessitate institui.l. si quis exheredato in princi.ff. de iniusto testa. Si ergo diceremus testa. viuo filio fuisse aliquod ⁊ per consequens filiam tempore mortis patris non fuisset necesse institui. Ergo hodie non rumperet testamentum. Et tamen hoc est falsum: cum ergo hodie filia dicat nullũ. Ergo de necessitate apparet hodie ꝙ fuit talis conditionis ꝙ tempore mortis patris debebat institui: ergo semper fuit nullũ. Secundo quia hoc apparet per glo. in.l. gallus. §. ⁊ quid si tantum de lib. ⁊ posthu. vbi si filius deportati post mortem patris restituatur in integrũ tamen non dicit testamentum nullum nisi restituatur ex causa que retrotrahatur vt ibi patet in fi. glo. Aut ergo ista filia dotata incipit post mortem esse habilis ad succedendum ex causa que non trahitur retro ⁊ non possit dicere nullum: aut ex eã que retrotrahat sed iam constat ꝙ dicit nullum eo quia preterita ⁊ preteritio fuit illa que fuit tempore testamenti: ergo trahatur retro ad tempus testamenti: ergo constat semper retro fuisse nullum. Tertia ratio quia ex testamento qđ speratur rumpi ex causa preteritionis non põt adiri hereditas neq̃ suus heres erit si ere.ff. de acqui. here.l. cum quidam. §. quod dicitur. Sed istud est huiusmodi ꝙ si contingat filium decedere sine filijs filia superstite preterita illud testamentũ rumpitur. Ergo filius masculus ex eo testamento non potest esse heres. vnde cõcluditur de necessitate ꝙ dictum testamentum retro fuit nullum saltem ea ratione quia ex dicto testamento non fuit adita hereditas

nec suus

nec suus heres extitit. Quarto dicit Bal. probari per ca
sus similes primo de posthumo preterito qui non pōt dicere
testamentū nullum quousq; est in ventre. ꝛ tamen natus rū/
pit vt ex retro.l.posthumorum.ff.de iniusto.testa.ꝛ.l.equis/
simum circa principium.ff.de secundum tabu. Idem in filio
capto ab hostibus preterito qui non potest dicere nullum
quousq; est apud hostes ꝛ tamen reuersus rumpit vt ex re/
tro.d.l.equissimum vbi dicitur q quādiu superest aliquis q
possit venire per contratabulas non debet aliquis venire p
secundum tabulas sicut dicit dictum statutum vt plurimum
s.q quādiu superest masculus non veniat femina. Pone enī
q illi qui possent venire per contratabulas sint exclusi mor/
te vel alio modo: certe tunc instituti veniunt per secundum
tabulas non vt ex nunc confirmetur testamentum: sed tanq̄
retro. Ergo veritas istorū verborū quādiu ꝛc. interim sus
pendit. tamen postea retro fingit secundum Bald. qui ita di
cit Bar. consuluisse. Et per hoc dicit ipse q Bar. conclude
bat q clausula si non valet iure testamēti valeat iure codicil
lorum que erat in dicto testamento apposita tāquam retro
vera habebat operari suum effectum secundū notata in auc.
ex causa de lib. prete. E dicit Bal. q cum esset aduocatus
partis aduerse contradicebat q dicta clausula nil poterat
operari: quia illa conditio si non valet ꝛc. Nunquam fuit im/
pleta viuente filio masculo: sed demum eo mortuo. Et ideo
fideicommis. conditionale transmisit interim per.l.heredes
mei.§.cum ita.ff.ad trebel. ꝛ per.l.cum filio ꝛ.l.prima.ff.de
his qui ante aper.ta. Dicebat ergo Bald. vt aduocatus q
testamentum erat nullum ex nunc.i.post mortem filii nō re/
tro ꝛc. Super qua q̄stione Rayne. de forli. ꝛ collegiū se/
nense consuluerant q filia nihil poterat nec nullum dicere
testamentum: quia tempore mortis patris ꝛ adite heredita/
tis per filium masculum inuenit se exclusam ex forma statu/
ti. Et ideo nunq̄ potest redire ad ius dicendi nullum: nec iu
re ciuili nec pretorio quia inuenit hereditatem alteri appli/
catam ar.l.in quibus.C.de se.nup. Nullus.n. nisi insit tēpo/
re mortis confirmat testamentum inexpugnabiliter: vt l.d.
l.si quis filio exheredato: ꝛ ideo in tota.l.gallus nō conside/
ratur nisi quis precedat tempore mortis. Nam si nunc iuris
obseruantia non deficit testamentū inexpugnabiliter valz.
ꝛ in hac parte non fuerunt secuti consilium Bar. Sed preci
se consuluerunt contra partem Bal. Et pro isto collegio se
nen. ꝛ Raine. facit q statutum quod dicit: si quis moriens re
liquerit ꝛc. vel extāte masculo ꝛc. debet intelligi tēpore mor
tis: ideo sufficit q tempore mortis filius reperiatur relictus
vere vel ficte.l.qui in vtero.ff.de sta.ho. q̄q̄ postea moriat
l.ex facto.§.pe.ff.ad treb. Et quia conditio dicitur extitisse
semel lz non duret.l.pe.C.de insti. ꝛ substi. ꝛc. Pro hoc
etiam facit quia excluditur patronus ab obligatione opera/
rum contra libertum: si libertus genuerit duos filios etiam
si geniti postea moriātur.l.si libertinus.§.admissi.ff.ō ope.
libe: Et quia ex statuto non debet sumi contrarius sensus.l.
qui testamento.§.mulier.ff. de testa. secundum dominum.
Raf. cu.in.l.si quis posthumos.§.si filiuz.ff.de libe. ꝛ posth.
ꝛ no.in.l.conuenticulam.C.de epi. ꝛ cle. Et si non sumitur ꝯ
rius sensus. ergo filia remanet in dispositione iuris commu
nis que est q illa que non tenuit primum locum tēpore mor/
tis non possit succedere contra testamentum.d.§. si filiuz ꝛ
d.l.si quis filium. Collegium autem florentinum consuluit
q ipsa succederet in dimidia dicta clausula non obstan. Et
idem consuluit do. Fran. tigrini. de pisis: ꝛ respondebat ad
d.ll. contrarias q ista filia erat heres anomala. ꝛ concede/
bat q tota hereditas fuerat ad filium deuoluta. Sed nihilo
minus ex dispositiōe legis municipalis dimidia poterat cui
ci masculo sine liberis. Nam non est nouum q ex dispositiōe
legis vnus desinat esse heres ꝛ alter incipiat.ff. de vulga.
substi.l.in substitutione ꝛ insti.de eo cui liberta.ca.bo.addi
ti.§.si. Nam statutum infringit regulam iuris communis ex
cludendo filiam ad tempus vite fratris. Sed postea includē
do ꝛ reintegrando ipsam ad successionem ar.de lega. secun/
do.l.statuliberum.§.stichum. vere ergo filius fuit iterim he
res insolidum ex testa. non filia sed mortuo filio redit ad cau
sam testati: ex defectu preteritionis ꝛ abintestato habuisset
dimidiam quia causa finalis que medio tempore obstitit mu
lieri deficit per mortem masculi. Ita q femina potest succe
dere sine obstaculo.i. vt ex nunc post amotionem finalis ob/
staculi quare secundum Bal. consilium Rayne. sibi non pla
cet: quia sumus in materia statuti non in simplici materia iu
ris cōmunis ꝛc. Item consilium Bar. non placet Bal. q in/
terim masculus non esset heres ꝛ non posset agere nec cōue
niri: vel posito q posset cōueniri per.l.si.de peti.here. tamē
agere non posset: vt ibi notatur. ꝛ sic licet Bartol. noluerit
q testamentum pendeat interī donec filius viuit tamen hoc
collegium ꝛ Fran. tigri volunt contrarium vt refert Bal. in
d.l.secunda.C.de libe.prete. ꝛ.l.si quis filium.C.de inoffi.te
sta. Tamen videtur q hoc tempore medio testamentum vi
detur validum vt filius viuēs adeat de iure ciuili ꝛ pretorio
ꝛ filia non sit preterita nec rumpat testamētum nisi post mor
tem patris: ꝛ ruptura nō fingat retro ex quo sequatur q cuz
fideicōmis. inducatur. vt ex tempore rupture reperietur tē/
pore quo fideicommis. inducitur per illam clausulam filius
cui debet restitui fideicommis. conditionale non debebit re/
stitui heredibus suis per.l.qui in personam.C. de fideicom.
imo qd plus est Bar. voluit q non soluz talis filia preteri
ta rumpat: sed etiam voluit q neptis ex filia possit venire ex
propria persona.l.prima.§.si quis proximior.ff.vnde cogna.
licet ex persona matris non possit. plus etiaz voluit Bal. q
si vera esset opinio Bar. q testamentum de quo supra l quo
est preterita filia exclusa per statutum interim pēdeat ꝛ filia
rumpat vt ex retro: sequetur q ista filia moriens transmittet
illud ius dicendi nullum. Ita q neptis non solum potest ve
nire ex persona sua propria vt voluit Bar. Sed etiam ex per
sona matris per ius dicendi nullum in eam transmissum per
textum singularem in.l.si a primo.ff.de libe. ꝛ posthu. q ius
competens habitu transmittitur licet is cui competebat de
cesserit priusquam potuerit actu de nullitate dicere. sed pro
ea parte q non trahatur retro facit secundum do. Io. petru
tium de perusio: q fictio trāslatiua requirit duo extrema ha
bilia.s.a quo ꝛ ad quod vt per Bar. in.l.si is qui pro empto
re.ff.de vsucapi. Sed si traheretur retro ad tempus mortis
patris non esset nullum: quia tunc viuebat filius masculus ꝛ
filia non potuit succedere auctoritate statuti. ergo nō trahi/
tur retro per notata in.l.si emancipati.C.de colla. Reuera
ar. est colloratum ꝛ potest solui q Bar. non dicit q requirat
vtrunq; extremum verum sed possibile verum. Et vlterius
in fauorem Bal. non videtur obstare ar. q pater si decessis/
set testatus tempore mortis filii ꝛ postea intestatus quia ve
dici potest hoc esse ex dispositione statuti per.d.l.in substitō
ne ꝛ per aucten. hoc amplius.C.de fideicommissis. Et hoc
etiam videtur notasse in.c.i.episcopum vel abbatem in vsi.
feu. ꝛ in.l.si portio nulla.C.quando dies legati cedat. Et
ex his infertur q filius decedens virtute clausule codicilla
ris in testa. apposite non trasmissit fideicommissum quia nū/
q̄ habuit locum illa clausula in vita sua secunduz Bal. ideo
tanq̄ fideicommissarius non potuit transmittere. vnde filia
simplicem dimidiaz habet sine grauamine ꝛ aliam habent
heredes filii masculi. Sed secundum Bar. opi. habuisset
effectum clausula in vita sua quia vt ex retro testamentum
fuit nullum. Ergo institut⁹ in fideicommissarium: fuit virtu
te clausule translat⁹. Et sic ille filius in vita factus fideicom
missarius transmisisset vnde filia nūc deberet restituere hāc
dimidiam detracta trebellianica tanquam heres ab intest.
ꝛ aliam dimidiam heres filii sibiipsi restitueret secundum
Barto. in dicta.l.fin.ad tertul. in vltimis verbis ꝛc. Sed
aduertendum est secundum domi. Io. petrucium q etiam si
vsu benediceret q traheretur retro cum q transmitteretur
illud fideicommissum videtur negandum secundum eūdem
Barto. in.l.prima.ff.de iure codi. vbi voluit q quando in/
stitutio conuertitur in fideicommissum virtute clausule. non
transmittitur fideicommissum tale non agnitum sed nec di
recta ipsa institutio iuxta.l.quoniam sororem.C.de iure de/
lib. Et sic limitetur id de quo alibi dubitatur de transmissio
ne fideicommissi non agniti de quo in.l.cum filio de lega.i.
ꝛ in.l.cogi.§.idem metianus.ff.ad treb. ꝛ ideo oportet intel
ligere Bartol. vt saluetur q hereditas erat adita per illuz
filium ante mortem. Illud autem dictum Bartol. in dicta
l.prima non transit sine dubio de quo etiam notat in.l.fin.
C.de fideicommissis. Tamen videtur tenere communiter q
sit testamentum nullum prout ex nunc per rationes Bald.
Et ita tenet Salycetus in dicta.l.secunda ꝛ super illa que/
stione an hec filia interim decedens transmittat hoc ius di
cendi

cendi nullum ⁊ an sit interim conditionale seu in diem incer
tum ⁊ sic non transmittat per.l.heres meus ⁊.l.quibus die
bus.§.quedam ticio.ff.de conditio.⁊ demonstra. Nam decli
est ꝙ filius est interim efficaciter heres. Ergo filius non ha
bet ius deliberandi nec adeundi siue immiscendi. Sed opor
tet dicentem testamentum nullum habere alterum ex pre-
dictis iuribus: vt nota.in.l.suus heres.C.de repu.here. Si
igitur nihil habet nihil transmittit per.l.cum antiquioribus
C.de iure delibe.⁊ ita tenet Bartol. in .d.l.fin.ff.ad tertul.
Sed secundum Bald.in dicta.l.secunda.C.de libe.preter.
Contrarium videtur verum: si tu tenes aliam opin.eiusdem
Bartol.ꝙ testamentum fuerit retro nullum. Nam est casus
in.l.ꝙ transmittatur: licet decesserit antequam potuerit de
nullitate agere.l.si a primo.ff.de liberis ⁊ posthumis. Sin-
autem tenea ꝙ interim testamentum valeat: cum effectu nõ
fiet transmissio iuris dicendi nullum sicut cum decedit po-
sthumus viuo testatore: quia tale ius adhuc non est in potẽ
tia effectuali ad aliquid: ⁊ vltra Bal. adde ꝙ etiam tenendo
opinionem ꝙ trahatur retro quod tamen Bald. dicit suo
credere verum si teneres opi. Barto. quod traheretur re-
tro tunc transmitteret ius dicendi nullũ per dictã.l.si a pri
mo: tunc illud est verũ quãdo est inesse formatum. Et si tu
diceres postea formabitur.i.retrotrahetur secundum bar.
respondetur ꝙ filia predecessit filium ⁊ in his terminis nõ
sunt extrema habilia ex quo non viuit filia dum moritur ma
sculus. Idcirco non potest formari ius dicẽdi nullum quod
ante non erat formatum. Ergo nec trahi retro quia extre-
mum ad quod bene sufficit ꝙ sit possibile licet non sit verũ
in se vt dixi supra ⁊ per Bartol.in dicta.l.si is qui pro em-
ptore. Dubitat tamen Barto.in dicta.l.secunda vtrum sal
tem transmittat ius petendi legitimam. Et dicit ipse vide
tur ꝙ sic per.l.si quis filium.C.de inoffi. testamen. In cõ
trarium modo ꝙ si filia interim sit exclusa neque iure ciuili:
neque pretorio admittatur: neque habeat ꝙ interim trans
mittat per.l.non est ambigendum.ff.de bonorum possessio
ne nisi dicatur ꝙ etiam interim illa debeatur: licet non pos
sit eam petere in vita fratris. Nam statutum: non priuat eã
precise: sed imponit ei temporale silentium.⁊ non intendit
ipsum statutum aliud facere nisi ꝙ femina non agat contra
masculum: interim cum femina habet ius in habitu licet nõ
in exercitio: sed ad transmittendum sufficit habere ius in
habitu dicta.l.si quis filium ⁊.l.illud.§.fin.de acquiren. he-
redita.l.si quis in graui in si.cum.l.sequen.ff.ad sillenia.⁊c.

Item ista legitima cẽsetur es alienum.l.papinia.§.quar
ta.ff.de inoffi.testamen. Et ideo equa opinio videtur ꝙ
transmittatur ad posteros ab ea interim decedente: quia
ius commune defert ⁊ statutum non aufert sed suspendit ad
tempus. Et licet tempus sit incertum non debet haberi pro
conditione: sed pro dilatiõe fauore filie.l.ex his verbis.C.
quando dies legati cedat ⁊ nota.in.l.seius saturninus.ff.ad
trebellia. Et ita de facto secundum Bald. fuit consultum
per quosdam subtiles docto. communiter tamen scribentes
opinantur contrarium: quia iura que competitura sunt per
mortem alterius ⁊ non ante siue sint vniuersalia siue simpli
citer particularia: interim non recipiunt transmissionem.

Item non videtur posse negari ꝙ ista sit similis mortis
causa capioni. Et talia iura nisi sint certa non transmit-
tuntur.C.de cadu.tollen.l.vnica.§.si autem aliquid ⁊.§.si.

An autem hoc statutum ꝙ extantibus masculis exclude
tur femina extendatur ad feminam monialem professam vi
detur ꝙ comprehendat eam quoniam non debet esse melio
ris conditionis ex eo ꝙ reperiatur monialis sed deterioris
cum nupta fuerit christo ⁊ presertim si fuit dotata per pa-
trem in monasterio secundum condecentiam persone ⁊ mo
nasterij ⁊c. Secundo quia constat ꝙ aliam dotem exigit spõ
sus carnalis ꝙ̃ spiritualis ⁊ aliam successionem oportet ha
bere illam que remanet in seculo cum laboribus ⁊ expen-
sis ⁊ liberis ⁊ vt subeat onera matrimonij iuxta.l. pro hone
ribus.C.de iure do.ꝙ̃ illa que est in monasterio. Tertio
per dictum psalmiste bonorum enim nostrorum non indi-
get christus. Quarto quia videmus stilum communem
⁊ obseruantiam fore vt plus detur sponso primo ꝙ̃ secun-
do vnde remanere debet monasterium contentum ea dote
ꝙ̃ primo recepit in ingressu mulieris. Quinto quia non
creditur monasterium recepisse illam mulierem sub spe al-
terius dotis ar.c.non satis de simo.⁊.l.ticio centum.§.pri
mo.ff. de conditioni.⁊ demonstra. In contrarium facit
ꝙ statutum non potest preiudicare monasterio cum tempo
re delate successionis illa esset monialis ⁊ sic non esset subie
cta iurisdictioni statuentium. Nam layci non possunt sta-
tuere etiam in vtilitatem clericorum vt in capitulo eccle.
sancte Marie de constitu.⁊.l.fin.ff.de iurisdi.omni.iudi.se
cundum vnam expositionem. Secundo quia si statutum
non posset specialiter disponere ꝙ monialis non succedat
extante masculo multominus excluditur ex generali dispo
sitione statuti dicendo: ꝙ mulier non succedat.ff.de ritu.
nup.l.quãquam.ff.que in frau.credi.l.si pater.ff.ad munici-
pa.l.lucius.§.penulti.ff.de offic.eius cui man.est iurisdi.l.
prima.§.huius rei. Et quod ibi nota.in glos.que incipit ar.
triplex ⁊ nota.in.l.solent.ff.de iurisdi.omni.iudi. Ad qḋ
facit quod nota.Bartol.in.l.si que sub conditione.ff.de cõ
ditio.institutio. Et quod nota. Ioan.and.in capitulo primo
de immu.eccle.libro sexto.in nouella. Ad predicta acce
dat determinatio docto.s.Iaco.Butri.Bartol.⁊ Bald.
in.l.fin.C.de pactis ⁊ in.l.deo nobis.C.de episcopis ⁊ cleri
cis. Et Salyce.in aucten.cassa.C. de sacrosanctis ecclesijs.

Sed pro prima parte facit: quia si monialis admittere-
tur resultaret satis magna iniquitas. ergo euitanda.l.nam
absurdum.ff.de bo.libe.⁊ quod notat gl. in.l. si quis maior
ff.de transactio. Nam sequeretur ꝙ si quis decesserit intesta
tus relicto filio ⁊ filia moniali ⁊ in monasterio competenter
dotata nihilominus monasterium veniat ad dimidium he-
reditatis quantumcunque magne vna cum masculo confe-
rendo illam modicam dotem quam habuit quasi esset in
iure communi vt in titulo de colla. dotis.C.⁊ in.l. filie.C.
de collatio. vbi de iure communi; siue sit ingressa siue non
solum modo parentes tenentur relinquere legitimam di-
cta.l.deo nobis. Item quia est intollerabile laycis. vnde vi
detur ꝙ longe diuersum sit quando statutum specifice ⁊ ex
presse disponit de monialibus tantum dicendo ꝙ ipse non
succedant extante masculo ꝙ̃ quando in genere. quia primo
casu videtur indistincte statutum non valere tali ratione.
Nam aut ingressus monasterij precedit statutum tunc est
clarum secundum Iaco.de Butri.⁊ Bald. ꝙ non valet vt
ibi nota.in dicta.l.deo nobis quia statutum non potuit ex-
tendere suum effectum ad mulierem iam ingressam. cum in
ipso inicio statuti non esset de sua iurisdictione aut loqui
tur per verbum preteriti temporis puta ingressa monaste-
rium ⁊ cetera seu monialis ⁊ cetera quod intelligitur scili-
cet effecta. Et tunc idem secundum eosdem ⁊ Bartol. in il-
la.l.fin. quia confert effectum suum in tempus quod non est
de iurisdi. statuentium. Ad hoc text. optimus de manu-
miss. testa.l.stichus seruus meus in principio. Aut loqui-
tur per verbum presentis temporis vt quod ingrediens mo
nasterium non succedat. Et tunc dicti docto. tenent ꝙ sta-
tutum valet quia confert in tempus quo ingreditur quo tẽ
pore illa mulier adhuc est laica ⁊ secularis ar.l.qui duos.ff.
de manumis.testa. Sed contrarium videtur quia licet di
cat statutum ꝙ ingrediens monasterium ⁊ cetera tamen po
stea subdit non succedat ꝙ est verbum futuri: temporis ⁊
sic postea confertur in tempus quo delata est successio quo
tempore illa est monacha ⁊ quo tempore proprie fit exclu-
sio ⁊ non prius: sicut enim prius non potest excludi per ex-
pressam repudiationem a tali iure ꝙ non est: in actu sed in
habitu: ⁊ quod non est in re. sed in spe.l.qui superstitis.ff.de
acquiren. heredita. Ita videtur ꝙ exclusio statutaria non re
feratur ad dictum tẽpus sed ad illud quo erit in re.⁊ in actu
scilicet: cum delata erit successio. Sed tũc constat ꝙ erat mo
nacha ⁊ exempta a iurisdictione statuentium. Quando er-
go statutum non potest in illam aliquem effectum priuatiuũ
inducere quia causa secunda non potest esse maioris effectus
ꝙ̃ prima. Sed statuentes non possent hodie cum defertur
successio eam excludere. ergo nec statutum eorum facit.C.de
le.gi.l.digna vox ⁊ quod ibi nota.⁊ si dicatur. immo statutũ
statuentium indixit in eam effectum priuatiuũ in ipso actu
ingrediendi scilicet a iure succedendi quod est in spe.⁊ in ha
bitu vt sic exponatur non succedat.i.efficiatur inhabilis ad
succedendum. Sicut videmus in deportato ⁊ in matre q̃
non petiit tutorem filio impuberi infra annum: qui perdunt
ius succedendi ꝙ est in habitu ⁊ in spe licet non in re.s.vind

tibus etiaz

tibus et iam filio de quorū hereditate ageretur si essent mortui. l. prima. §. fin. de contrat abu. l. si necem. §. si deportatus ff. de bo. liber. l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthumis & l. secunda. §. si mater. ff. ad tertulia. Et ita forte predicti intellexerunt. Sed respondetur q etiam si ita esset & ita intelligerent dictum statutum hoc facere non potest: non propter impotentiam statuentium & indispositionem subiecti seu persone circa quā: cum in illo actu ingrediendi & ante perfectum ingressum sit subdita statuentibus ar. de l. qui duos. Sed propter causam ob quam talem priuatōem inducit scilicet propter ingressum. Nam ex hoc redditur turpe tanquam impediens vitam contemplatiuam que excelsior & melior est q̄ mundana vt in auctē. de mona. §. sancim⁹. Nam licet dubium sit an monaci perdant gradum cōsanguinitatis quo ad iura dignitatis. de quo secunda questiōe. iij. presens. xxvij. q. secunda scripsit & spe. de sta. mo. §. i. quia retinent ius agnationis prouenientis a naturali sanguinis cōiūctione. vnde non dubitatur q remaneant fratres licet mōaci. laurus. Immo non debet esse dubiū q perdant dignitatem: quia per monachatum non derogatur dignitati: sed transit quis in dignitatem in aucten. de mona. in princip. & maxime per monachum in prelatura existentem de preben. super Rubrica. & c. de multa: & quia clerici dicuntur esse in dignitate ex solo clericali statu. C. ne quis vel re. l. secunda liij. di. deniq. i. q. i. reperiuntur in si. de ser. non or. cum libertinus. Ex diuitijs enim non tribuitur dignitas: quia cadunt etiam in vilissimis personis & discolis. Sunt enim bona fortune: que cadunt etiam in infamibus in quibus non cadit dignitas. l. secunda. C. de dig. libro. xij. ergo dignitatem nō tribuunt nec conseruant dignitatem opes: hinc est q virtus animi & boni mores diuitijs preualent. ff. de ex. tu. l. scire o3 §. cum reliquis. Et sic dignitas potius cadit in religiosum hominem & virtuosum & magis conseruatur per eum q̄ per hominem diuitem secundum lap. allega. c.

Ergo tale statutū d3 esse nullū in auctē. de sanctis. epis. §. sed hoc de presenti. Retraherentur enim mulieres ab ingressu timore dicti statuti. Item quia est contra libertatem ecclesiasticam: quia timidiores efficientur ad ingrediendum ergo &c. vt in aucten. cassa. C. de sacrosanctis ecclesijs & nota. in. c. nouerint de sen. ex. Et quia facit eas deterioris conditionis q̄ essent si ingresse non fuissent cōtra. l. deo nobis. C. de epis. & cle. Sic enim dicitur contra libertatē ecclesie quando aufertur ecclesiasticis personis id quod est indultum in priuilegiū a principe vt in dictis iuribus: quāto magis auferendo id quod est de iure communi concessum. Nam facilius tolleretur priuilegium quam ius commune. l. eius militis. §. militie. ff. de testa. mili. cum si. Sed per tale statutum auferetur ingredientibus beneficium succedendi propter ingressum & efficerentur deterioris conditionis q̄ si ingresse non fuissent &c. Item cum talis priuatio instigatur in illo actu quo statim subsecuturus est ingressus q ex eo quod statim censetur inesse perinde videtur habendū ac si post ingressum conferretur & sic videtur q non valet tāquam factum in fraudem canonice sanctionis prohibentis laycos statuere super ecclesijs vel ecclesiasticis personis. d. c. eccle. de constitu. facit quod legitur in. l. si ventri in fin. ff. de priui. credi. ¶ Si vero statutū non loquitur specialiter de ingredientibus vel de ingressis monasterium. Sed generaliter q nulla mulier succedat extante masculo tūc cessant rationes predicte quia non efficiuntur deterioris conditōis propter ingressum cum etiam si non ingrediantur excludantur vnde non potest dici contra libertatē ecclesie nec ex hoc capite nullum. Si ergo queritur vtrum tunc possit comprehendere moniales. Et puto q sic tali ratione. Nam in loco vbi tale statutum viget videtur correctum ius commune quia cum illud deferat hereditatem femine vna cum masculo. l. maximum vicium. C. de libe. prete. statutū ipsum reseruet non delationem si masculus extat quia ei aufert: sed si nō extat defert & ius municipale est ciuile illius ciuitatis. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. Et non dicitur deferre tunc mulieribus de iure communi sed ex forma. l. municipalis. ff. vt ex legi. vel senatusconsul. &c. l. vnica igitur eo ipso q mulier nascitur infligitur sibi hec potentia succedendi ab ipso statuto scilicet in totum si non extiterit masculus & in nihilum: si extiterit. Transeundo igitur in monasterium transit cum illa potentia sic limitata & sic conditionata & non cum illa q̄ mulieres habent de iure communi: quia vt dixi in loco vbi tale statutum viget non censetur vigere ius commune quo ad feminas vel si viget dicitur vigere sub cōditione adiecta a statuto v3 si masculus non extabit: sicut ergo ingrediens monasterium in loco vbi tale statutum non viget ingreditur cum illa potentia succedendi: quam habet a iure communi & cum illis cōditionibus limitationibus & qualitatibus quas addijceret ius commune & non aliter ne fiat deterioris conditionis propter ingressum quam esset si non ingredereт. d. l. deo nobis. & ar. ff. de manumis. l. gaius in fin. quod nota. in aucten. ingressi. C. de sacrosanctis ecclesijs & in. c. nuper de dona. inter vir. & vxo. de illo qui habebat emphiteosim vel vsumfructum. Ita & habens ius succedendi ex lege municipali certo modo per eandem legem limitatam seu etiam limitantem de iure communi. & quando per statutum est limitata: est ac si ab ipso iure communi sumeret robur. transit ergo cum eade3 potentia sic inscripta & limitata & non aliter: Satis est enim q non efficiatur deterioris conditionis propter ingressum. Non ergo debet istud petere: quia sit melioris conditionis quia non propterea potest monasterium cōqueri si non fiat melioris conditionis ar. ff. que in frau. cre. l. qui autem. §. simili modo &c. Non ergo obstat illud quod vulgariter potest allegari. v3 q statutum non potest moniales ligare vel impotentes ad succedendum efficere: quia dico q non ligat mōiales nec eas facit inhabiles: sed facit eas dudum ante. i. tempore sue natiuitatis & sic antequam de ingressu esset agitatū qd maxime procedit in filiabus que de iure communi naturali non habent potentiam & ius succedendi patri vt nota. Bartol. in. l. is potest super secundo passu. ff. de acquiren. heredi. Et ideo potest tolli ius & potētia etiam viuente patre per statutum: & ablata censetur sub conditione si masculus extabit. igitur ingreditur monasterium cum illa qualitate & conditione. l. statius. §. cornelio. ff. de iure fi. & l. peto. §. predium. ff. de lega. secundo. Alias sequeretur q si fieret hodie lex imperialis statuens illud ide3 quod statuit hoc statutum non ligaret moniales quin possent venire secundum ius commune: quia qua ratione statutum nō obligat ecclesiasticas personas: eadē lex imperialis nisi per ecclesiam recipiatur vt in aucten. cassa. C. de sacrosanctis ecclesijs. Et tamen hoc est ridiculum dicere vnde videtur dicta monialem vel eius monasterium audiendum non esse ad aliquid petendum vltra q̄ habuerit tempore ingressus.

Adde tamen predictis q ego reperio Petr. de ancha. super Rubrica de regu. iu. in. vi. qui dicit q si statutū laycorum loquit generaliter in sua regula vel in suo genere adeo q posset esse preiudiciale ecclesijs aut ecclesiasticis personis q potest peti declaratio hoc est q statuentes declarent tale statutū non debere intelligi q preiudicet ecclesijs aut ecclesiasticis personis hoc idem tenuit But. in. c. q clericis d foro competen. & Jo. an. in. c. si. de immu. eccl. in. vi. Et hinc est quod dicitur per docto. in. c. eccle. sancte Marie de consti. de questione statutum laycorum loquitur generaliter q potest contingere aliquod commodum in ecclesiasticis personis an possit recipi tale statutum ab ecclesia vel clericis. Exemplum in statuto nostro q extantibus masculis filie feminē nō succedant: & filia reperiatur in seculo & masculus in religione: quid iuris & determinauit Jo. de ligna. q admittatur masculus. ide3 Lap. in all. suis in cuius personam contingit iste casus quod est verum quando tale statutum non venit imperando vetando vel permittēdo auctorizando vel puniendo iuxta ea que traditur in. l. legis virtus. ff. de legi. & . iiij. di. omnis lex & Pet. de ancha. in repe. c. primi de cōsti. tenet q non comprehendatur clericus in tali statuto etiā ad commodum suum per text. in. d. c. eccle. vbi statutū erat ad commodum ecclesiarum vel clericorum & tamen non extenditur ad eos But. tenet primam partem in. c. q clericis nec obstat ille tex. in. c. eccl. quia illud statutum licet esset ad commodum ecclesiarū: tamen quia specialiter disponebat de ecclesijs & earum bonis non valuit quo ad clericos: quia per talem specificationem videbatur notari quedā superioritas super hijs super quibus emanauerat statutū. Sed ego locutus sum. s. quando statutum loquitur generaliter & nō disponit expresse de ecclesiasticis personis: nec obstat prin. huius. c. eccle. vbi loquitur de statuto generali: & tamen determinat

terminatur nõ valere quo ad clericos: quia respondetur ꝙ ibi tale statutum emanabat ad viam imperij ⁊ auctoritatis: vt probat ibi tex. dum dicit non auctoritas imperandi. Et sic ille tex. in. c. eccle. non probat ꝙ si statutum laycorum est generale nullã specificam mentionem faciendo de ecclesia ecclesiasticisq; personis si sit ad earum commodum non debet valere dummodo non veniat imperatiue prohibitiue pmissiue aut punitiue quominus clerici vel ecclesie possint vti commodo talis statuti. Et sic ad se trahere eius fauorem facit quod habetur. x. distin. c. primo ⁊ quasi per totum vbi ex permissione iuris canonici clerici vti possunt legibus imperialibus. Nam plerunq; expressa nocent que non expressa non nocent. ff. de regu. iur. l. expressa. ⁊ l. si ita legatum. §. illi si volet de lega. primo. Et multotiens aliquid est licituz in genere ꝙ non est licitum in specie: vt in. c. si sacerdos de offi. ordi. Et quia multa veniunt sub vniuersitate ⁊ generalitate que non venirent sub specialitate. Nam iuspatronatus venit sub generalitate ⁊ specialitate ⁊ tamen non veniret sub titulo speciali vt in capitulo ex litteris ⁊. c. cum dilectus de iurepatronatus. l. in modicia. ff. de contrahen. emp. l. quedam. ff. de acqui. re. do. Et adde ad hos ingressos religionem ꝙ filius qui prius commiserat ingratitudinem patri ante ingressum religionis non potest exheredari glos. in auctenti. de mona. in principio. glo. in. c. secundo de aposta. Et est tex. xviij. q. ij. in. c. non liceat. ⁊ notat Salyc. in. l. deo nobis in principio. C. de epis. ⁊ cleri. Et ratio huius potest esse: quia per ingressum religionis dicitur nasci de nouo. Et omnia peccata sua intelliguntur sibi remissa tex. est rotund° de peniten. distin. j. c. mensuras. §. ratiõe quoque ⁊c. ¶ Nunc autem quero an stante statuto ꝙ soror non succedat fratri extante tali persona an intelligatur econuerso: ꝙ frater nõ succedat sorori extante illa persona. Et dicendum est ꝙ non secundum Bald. in. l. lege. xij. tabularum. C. de legi. here. ꝙ dato vno inconuenienti non debet maius inconueniens dari nisi lex vltra procedat remouendo inconueniens quia si ppter inconueniens lex est male posita debet corrigi non autem intelligere eam esse correctam facit lex prosperit. ff. qui ⁊ a quibus ⁊. vj. q. iij. scriptum facit ꝙ in simili dixit Bal. in l. conuenticulam. C. de epi. ⁊ cle. vbi dixit ꝙ lex municipalis non habet locum a contrario sensu quia contrarius sensus dicitur esse quedam coniectura ⁊ interpretatio. Ergo nõ habet locuz in statuto vt nota. per glo. in. l. apud antiquos. C. de fur. Et dum ista questio esset de facto florentie. quia statuto cauebatur ꝙ quelibet mulier succederet matri sue abintestato si non erãt filij masculi. Nam querebatur secundum Bal. an a contrario sensu statuti existentibus masculis filia excludatur. Et di. ꝙ Cy. consultus arguebat ꝙ talis filia deberet excludi quia contrarius sensus sumitur in pacto. Casus est in. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. dota. l. q testamento. §. mulier. ff. de testa. si hoc est in pacto. Ergo ⁊ in statuto quia quod potest fieri per pactum. ergo ⁊ per statutum glo. est in Rubrica. C. de deci. decu. li. x. facit. l. sed ⁊ ca ff. de legi. immo multo magis; quia statutuz habet publicã auctoritatem pactum vero priuataz. Et ideo merito primũ debet preferri. vij. questione prima sciant facit. l. ius publicũ ff. de pac. Secundo quia hoc videtur esse de mente talis statuti ponderata eius ratione ⁊ causa finali: ⁊ si extant filia excludatur que causa finalis semper inheret legi. l. cum tale §. falsam de conditio. ⁊ demon. Nec ob. secundum eum ꝙ casus obmissus habeatur pro obmisso. l. cõmodissime. ff. de lib. ⁊ posthu. l. si cum dotem in princip. ff. solu. matrimo. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. l. si seruum quis. §. non dixit pretor. ff. de acquir. heredi. ⁊ in. c. ad audientiam de deci. qr ibi casus obmissus non posset haberi pro expresso si bene consideretur in. d. l. secundum eum. Sed vbi potest haberi secus. l. si ita de conditio. ⁊ demonstra. Nam euidẽs coniectura habetur pro probatione. l. lz imperator de lega. primo ⁊ glo. in l. si tutor. C. de peri. tuto. ⁊ idem videtur voluisse Dy. in suo consilio quod incipit statuto ciuitatis pistorij. Et videtur eẽ casus in. l. cum post. §. gener. ff. de iure do. Nam omnis bona rõ dici põt argumẽtũ ⁊ pbatio: pbat ex diffinitiõe pbationis. Quoniã pbatio est rei dubie argumẽtũ fidẽ faciens vt nota. docto. presertim Bal. in Rub. C. de proba. Quicqd ergo fa cit fidẽ de re dubia potest dici ar. Et sic vr sm Cyn. ⁊ Dy. ꝙ talis filia excludat: sed ꝙ talis filia nõ excludat ⁊ nõ hẽat lo

cum contrarius sensus in tali statuto insurgit insignis iurisconsultus nostri temporis domi. Anto. Ro. in repe. §. de viro. l. si vero. ff. sol. ma. per tex. in. l. ij. §. sin autem. C. de bo. q libe. ⁊ per. l. pe. C. qui testa. fa. pos. Nam si statutum diceret vt predixi stante tali persona soror non succedat fratri ⁊ vltra progrederetur dicendo ꝙ masculi diuidant totam hereditatem inter se: tunc bene esset indirecta correctio aliter nõ possent hec verba effectum sortiri nisi filia exclusa. Ita intelligit do. An. ꝙ debeant intelligi notata per Cy. ⁊ Bald. in hac. ij. q. adducta in simili de qua in. l. conuenticulam ar. cũ a contrario non allegatur nisi istud contrarium esset aliter a iure decisum. j. q. prima quos constiterit. Item quando habet rationem finalem alicuius iuris repugnantem de eta. ⁊ quali. c. indecorum. Sed si verba vnde debet sumi argumentum sunt proposita causatiue: quia inde causatur ratio legis: tunc sumitur ar. a contrario intelligendo tamen ꝙ non sit ꝫ ius commune. Sed in casu nostro istud arg. sumptum a contrario esset contra ius commune: ergo ⁊c. Secus si non corrigeretur ius cõmune ⁊ ex verbis causatiuis sumeretur ratio impulsiua: quia tunc cessante ratione legis lex cessaret. l. j. §. sexum. ff. de postulando. Item non sumeretur arg. a contrario quando essent plures cause finales: quia cessante vna remanente tamen altera: non tamen haberet locum ar. a cõtrario vt. §. affinitatis insti. de nup. ⁊ in. l. si non lex. ff. de here. insti. Item non habet locum ar. a contrario quando causa impulsiua esset sola: quia nõ propterea cessat lex. licet cesset cã que non est finalis. l. j. §. ij. ff. de dona. ⁊c. Item non sumitur quando verba sunt modalia ⁊ narratiua: de quo vide. c. causam ⁊. c. publicato de elec. ⁊ Specu. in ti. de dispu. ⁊ allega. aduoca. §. post hoc ver. non obstat ⁊ eodem mõ non sumitur si t. l. vel statuto est aliqua dictio implicatiua vt presertim vel maxime: quia implicat idem decisum in casu ꝫrio c. j. de excep. ⁊ no. in. l. qui se patris. C. vnde libe. Et pro do. Anto. ego adduco in hac secunda questione quando statutum dicit ꝙ quelibet mulier succedat matri si non erunt filij masculi ꝙ si erũt masculi nihilominus filia succedat: ⁊ nõ sumitur ar. a contrario hoc est ꝙ si erunt excludatur filia.

Probatur quia si testator instituit ticium ⁊ grauat ipsuz de restituendo hereditatem si decesserit sine liberis vel si decedat cum liberis non dicantur liberi substituti ⁊ venire ex fideicommisso. l. filiusfamilias. §. cum quis de leg. j. ⁊ gl. in. l. lucius. ff. de here. insti. Reperio autem Salyc. in illa. l. conuenticulam in hac questione an habeat locum ꝫrius sensus l statuti. Et dicit ipse videtur ꝙ non quia talis cõtrarius sensus venit ex mente extensiua. Et illa non habet locum in statutis sm cõem opi. de qua in. l. ij. C. de nopa. in. l. cesar. ff. de publica. ⁊ per Bar. in. l. j. §. lege falcidia. ff. ad. l. fal. dicit autem ꝙ verius putat ꝙ contrarius sensus habeat locuz in statutis sed non semper: ideo distinguit ꝙ aut resultat a cõtrario sensu statuti talis qui ꝫdicit alteri statuto vel iuri cõmuni ⁊ locum non habet: qr nec sumi dz vt legum correctio euitet aut neuter ipsorum contradicit quia casus ille per statutum vel ius cõmune non reperitur decisus ⁊ tunc locum habet nec tunc interpretatio extensiua cessat quia deficit ratio pp quam. aut illud resultans a contrario sensu conformat se cuz iure cõmuni. Et adhuc locum habet ⁊ sumi potest licet op° nõ sit quia sufficit casus de iure cõmuni expressus. quãdo autem statutũ mitigaret aut corrigeret ius cõmune in casu maioris excessus an dicatur corrigere in casu minoris excessus. Exemplum si statutum dicit ꝙ committens adulterium in mulierem violatam solum castretur. An si in volentem committat castrabitur: certe non dicit ipse quia per directũ sensum statutum tantum loquitur de violata ⁊ per sensum contrarium si adulterauit: non castrabitur ⁊ in hoc iuri cõmuni conformabitur. Sed an pena iuris cõis imponatur s. e mortis iuxta penam. l. quãuis. C. de adulte. videtur ꝙ sic qr casus obmissus relinquitur in dispositione iuris cõmunis.

In ꝫrium facit absurduz qđ sequeretur vt minor excessus puniatur grauius ꝙ̃ maior ꝫ. l. quoniam multa. C. ad. l. iuli. de vi. Et ita tz Saly. ibi vt pena iuris cõis videatur correcta quod dic vt in. d. l. conuenticulam per eum. Dixi autẽ supra ꝙ stante isto statuto ꝙ filia non succedat matri extantibus masculis vt intelligatur si sit dotata p glo. in. l. ij. C. de legi. here. dic ꝙ idẽ eẽt si pater relinquisset pro dote: qr intelligeretur dotata quantũ ad dictũ statutum Bart. dixit in. l. ticio

centuz

centum.§.titio genero.verſi.quero ſtatutum eſt hic.ff.de
cōditio.⁊ demon.⁊ idem dixit in.l.qui pupillā.ff.de adulte.
Idem dixit in.l.nō eſt matrimonium.ff.de ri.nup.⁊c.¶ Sz
quero: aliquis dotauit filiam ante ſtatutū factum: ſed deceſ-
ſit poſt ſtatutum: an iſta mulier excludatur: videt̄ ꝙ nō: quia
ſtatutum non trahitur retro: cū natura eius ſit reſpicere fu-
tura.l.leges ⁊ cōſtitutiōes.C.de legi.l.pe.C.de decuri.lib.
x.c.lz canon.de elec.lib.vj. In cōtrarium facit ꝙ lz rō ex-
cluſiua ſit ex cauſa de preterito: tamē caſus deferende here-
ditatis eſt de futuro: q2 lz illud participium dotata ſit aptū
includere preteritum verbū ſuccedat: nō eſt aptum include-
re niſi futuram ſucceſſionem. Ita dixit notabiliter Bald.in
l.omnes populi.l.iij.char.de iuſti.⁊ iure.de quo facit quod
legitur per gloſ.in clemēti.j.de deci.ſuper ver.gregibus.⁊
ſtante iſto ſtatuto ꝙ extantibus maſculis femina non ſucce-
dat ab inteſtato: niſi in dote: facto vero teſtamēto non ſucce
dat niſi quatenus dixerit pater ei relinquēdum. Certe intel
ligitur facto teſtamēto maſculis extantibus: ⁊ hoc eſt natu-
ra dictionis vero que ponit̄ pro ſed: q2 coniūctio illa inducit
repetitionem.ff.de fun.inſtru.l.ſcie.§.gaio. Et ſic intelligit̄
abinteſtato ⁊ extātibus maſculis: quia itelligitur illud ver-
bum repetitum: lz quidam cōſuluerint cōtrarium: ⁊ male ſm
Bald.in dicta.l.omnes populi.in pe.char. Et adde ꝙ lz
Guil.de cu.in.l.cum his.§.ſi mulier.de cōditio.inde. quez
ſequitur Barto.in.l.obligamur.§.lege.ff.de actio.⁊ oblig.
determinet ꝙ ſi mulier ſit maritata ſine dote ꝙ non habeat
actionem cōtra patrem: quia ideo cōpellitur dotare vt mari
tum reperiat: ⁊ iaz cauſa eſt impleta: allegat.l.j.C.de diuoꝛ.
⁊ auſ.de nup.§.ſi quis igitur.colla.iiij. Tamē nihil faciunt:
bene enim ꝓbatur ibi ꝙ maritus qui accepit eam ſine dote
non poteſt eam expellere de domo: vbi ſi fuiſſet ſibi ꝓmiſſa
